IO. CHRISTOPH. PŸRCKHL,
RATISBONENSIS
IVRIS VTRIVSQVE LICENT.

DE COMMISSARIO IMPERIALI IN CAVSSIS IVSTITIAE.

Von Kayſ. Commiſſarien In Juſtiz-Sachen.



IENAE,
APVD IOH. CHRISTOPH. CROEKERVM MDCCXXXX.

PRAEFATIO EDITORIS.

Praesens, quod tibi trado opusculum, IO. CHRISTOPH. PÜRCKHL, sub praesidio IO. VOLCKM. BECHMANNI, Antecessoris quondam Ienensis, pro licentia summos in vtroque iure capessendi anno 1685. edidit. Nota est eius disputatio, quam sub praesidio Lynckeriano de Commissario Imperiali ad Negotia Status habuit idem PÜRCKHL. Et frustra sunt illi, qui eam, quam modo dixi, dissertationem, et hanc, pro vna eademque habent. Sed res ipsa docet, quod duae hae dissertationes sint plane diuersae. Id quod monendum duxi. Vale, et meo instituto faue.



AVSPICIIS TER SANCTI NVMINIS.

§. I.

De nomine Commiſſarii cum iam in noſtra diſſertatione de Commiſſario ad negotia Status ſolliciti fuerimus, actum hic non agimus. Nam & alioquin ocioſa ea diligentia, quae, vbi de re conſtat aut agendum, in expoſitione vocabulorum nimis ſcrupuloſe haeret. Vnde & ea improbatur Impp. *in l. 2. §. 1. de Conſt. pec. & l. 2. C. comm. de Leg.* Id autem neceſſe eſt, quod Commiſſarii nomine hic nobis Delegatus veniat, non quidem veteri ſignificatu, & ſi velis ἀκριβολογεῖν, *a*) ſed vulgari,

A ſtylo-

a) Sic enim Delegati appellatione Commiſſarius non exhauritur, ſi nimirum hic in vniuerſum ſpectetur; ne quidem in cauſis Iuſtitiae. Nam prout perraro ab Aula imperiali, (nunquam a Camera,) ad integram decidendam cauſam, ſed tantum ad vnum alterumue actum Commiſſarii denominantur, ſic etiam quandoque a Principibus & Statibus Imperii in ſuis territoriis perpetui ſ.

ſtyloque moderno, quo etiam nonnunquam Deputatus

tatus

ordinárii conſtituti reperiuntur, qui eo ipſo, quod tales ſunt. (vnde etiam ab illis ad Cameram appellari poteſt, GYLMANVS *Tom. 3. Symphor. fol. 36. n. 7. & 8. & fol. 33.* vbi refert praeiudicium CLEZELIVS ab ALTENACH, de *Appellat. cap. IV. n. 25.)* delegatam Iurisdictionem non habent. idem GYLMANVS *Tom. 6. ſymph. Quaeſt. Controuerſ. cap. VIII. n. 17. pag. 254.* Veluti & Commiſſariorum vi Auſtregarum Iurisdictio delegata exinde non euincitur, quia perſonae hic variant; Nam & Pares Curiae in feudalibus variant, nec tamen aliam fere quam ordinariam Iurisdictionem habent, quippe a Lege tributa eſt. *(2. f. 55. §. 2. 2. f. 16.* FINCKELTH. *Diſp. 11. controu. 14.* Add. SCHRADERVS *P. 3. Sect. 3. n. 76.* VVLTEIVS *lib. 2. de feudis c. 2. n. 5. & ſequent.)* Non etiam factum requirentis delegatam Iurisdictionem efficit, cum in Paribus Curiae non minus ſimile occurrat. Vtique Iurisdictio quae a lege eſt, vt eſt Auſtregalis, adeoque & Commiſſariorum Vermög der Austräg, (vid C. G. O. *P. 2. tit. 2. 3. & 4.)* per ſe ordinaria magis dicitur *l. 6. ff. de Iurisd.* quanquam ea in caeteris, quod nimirum non immediate ex Imperii Conſtitutione, ſed interueniente requiſitione, nominatione, electione, imo nonnunquam vlteriori Caeſarea Commiſſione, vt ad certum tempus limitata, (vid. C. G. O. *d. P. 2. Tit. 4.* §. dieſelben neun Räthe) ſic haud prorogabilis (RVMELINVS *P. 2. diſſ. 1. ad A. B. Cor. 6.)* ſuſcipiatur, faciem aliquam delegatae Iurisdictionis accipere videatur. Imo ea eſt anomala, & ex ordinaria quaedam, quaedam ex delegata participat. vid. omnino Dn. TEXTOR ICtus, Conſiliarius Electoralis Palatinus, & in perantiqua Heidelb. Vniu. Anteceſſor primarius, Patronus ac non ita pridem Praeceptor noſter, *ad* R. A. *de an. 1654. diſp. 3. th. 15. ſeqq.* Alias inter delegatos & Commiſſarios differentias nunc non attingam, cum eae ex infra dicendis ſatis patebunt. Similiter quomodo mandatariis, Iudicibus pedaneis & aliis accedant, itidemque ab iisdem differant, commodior alibi dicendi locus eſt. Illa Examinatoris, Nuncii, Gallis Italisque vſitata, *ταυδοδύναμα* conſtitui, neutiquam poſſunt; tam quod hoc

tatus, vel etiam Legatus audit. vid. RVTG. RVLAND. *Part. 1. lib. 1. de Commissar. & Commission. Camerae cap. 2.* Add. GASTELIVS *de Stat. Publ. Europ. P. II. c. 6. n. 108. p. 425. & 428. n. IX.*

§. II.

Et nunc quidem de Commissario in causis Iustitiae non in genere aut quocunque, sed Imperiali, h. e. Imperatoria authoritate auspicioque constituto, industriam experiri placet, quo ipso tam a Camera, quam ab ipsa Aula Caesarea Deputatus, facile innuitur. Vt enim illius iudicii in Imperio instituti gloria Maximiliano I. *b*) Imperatori debetur, ita vniuersalis

contra locutiones publicas (cum quibus nobis in his talibus omnino sentiendum) quam iuris quoque rationes foret. vid. RVLAND. *d. l.*

b) Qui, siue persuasus se negotiorum varietate locisque distractum non posse semper causis litigantium vacare, siue potius appellationum, (vid. CVSPINIANVS *in vita Maxim. 1.*) ad Iudicium Aulicum deuolutarum multitudine inductus, hoc laboribus quodammodo subleuare, ac Causarum decisiones, quibus vnum non sufficeret iudicium, maturare voluerit, (BOECLERVS *de N. R. I. l. XIII. c. 2.*) cum Statibus Imperii de constituendo hoc iudicio anno 1495. in Comitiis Wormatiensibus deliberationem suscepit, ac postea eod. anno effectui dedit, vt esset communi ciuium Imperii perfugium: eorum, qui alias magnis sumptibus Imperatoris Curiam sequi tenebantur, solatium, atque pacis publicae fulcrum & subsidium O. C. *de anno 1495. praefat. & 1521. praef.* R. A. 1566. §. und nach dem der gemeine Fried. De die instituti Iudicii non adeo conueniunt: Aliis 7. Augusti, aliis vltimum Octobr. assignantibus. Sed vid. LIMNAEVS *Tom. I. Add. ad. lib. IX. c. 2. n. 4.* Fallitur autem BLVMIVS *Tit. 3. Proc. Cam.* §. quando existimat, in Ord. Cam. *de anno 1495. & 1507. Rubrica*, item Ord. Cam. *1500. art. 2. & 3.* §. 1. supremum hoc tribunal das Königliche Cam-

uersalis Imperatoriae Maiestatis per Imperium Iuris dicendi potestas in Camera quoque vel maxime se exerit, etiam illis concedentibus, qui alias Principes Statusque Imperii non tantùm in partem curarum aut solicitudinis; sed & consortium potestatis adscitos esse volunt. vid. IAC. L'AMP. *P. 3. de Republ. R. G. c. XVI. n. VII.* Vnde etiam forte est, quod hoc Iudicium Spirense in Constitut. Imperii fere non aliter indigitetur, quam das Kayserliche Cammer-Gericht. Item in Recessu nouiss. de Anno 1654. §. als auch bey den allgemeinen *167.* Imperator idem vocet sein höchstes Gericht. *c)* Et quanquam in iudicio Imperiali

mer-Gericht ex ea ratione indigitari, quod Maximilianus I. iudicium hoc instituens nondum creatus fuerit Imperator. Nam hoc credi contra fidem historicam, testimonio PETAVII & aliorum, firmat Dn. DECKHERRVS, Camerae Aduocatus in Comm. *de Cult. Iur. Cam. c. 4. p. 31.* Add. Dn. STRAVCH. *in Diss. Ex. 1. §. 1. & 3.* iuncta praefat. des Königl. Land-Frieds zu Wormbs *anno 1495.* ibi : als wir hiebevor zu der Höh und Last des Heil. Rö. Reichs erwehlt, und nun zu Regierung desselben kommen sind. Quid F. dicendum? sane in Recessibus Imperii quosdam Imperatores (inter quos & Maximilianus I.) se Reges Romanorum & suam Caesaream Regiam Maiestatem appellare, ex Bocero de Regalibus refert ARVMNAEVS, *diss. Iuris publ. 15. th. 1.*

c) Quare summum? Cum tamen iudicium Imperiale Aulicum ei sit aequale, & si autori Comitiologiae Ratisb. *Part. 4. Diss. 9. n. 96. p. 283* credimus, dieses das älteste, und von Alters her das ansehnlichste unter allen Gerichten ist, so ie im Röm. Reich teutscher Nation gewesen und noch seynd? Hoc dubium occasione der Cammergerichts-Ordnung *Part. I. Tit. 3. pr.* vbi Camera nuncupatur das Obrist- und letzte Gericht, expedire adgressus est PAVRMEISTERVS *de Iurisd. P. 2. c. 6. n. 218. & seq.* quem sequitur STAMLERVS *de Reseru. §. 36. n. 12.* Alii aliter, ceu plures sen-

riali Aulico propius praesentetur Maiestas Imperatoria, & magis Maiestatica Iurisdictio, quae hic exercetur, quam quae in Camera, vbi Magistratica magis est; tamen & haec Imperatoris *d*) est, & quod maxime ad rem facit, Commissiones pariter ac mandata, caeteraque decreta omnia, sub nomine sigilloque Imperatorio expediri videmus, iuxta C. G. O. *P. 3. tit. 2.* §. *5.* De Aula itaque Imperiali, vulgo dem Reichs-Hoffrath, *e*) dessen obristes Haupt und Richter ein ieder Röm. Kayser selbst ist, vt habent verba der verneuerten R. H. O. Ferdinandi III. *tit. 1. in princip.* hodie post Instrumentum Pacis *art. V. n. XX.* §. *55.* minus dubii *f*) superest, quin in causis Iustitiae tam

tentias congessit iam laud. Dn. DEKHERR. *in Not. illustrant. ad Ord. Cam. Tit. 3. pr.*

d) Exclusis utique Statibus Imperii. Subiectum enim & modus iurisdictionis exercendae ab ipsa Iurisdictione omnino distingui debet, LAMP. *P. 3. c. 16. n. 8.* Add. SCHÜZ. *Vol. 2. Disp. 2. th. 6 lit. D* & fusius STAMLERUS *de Rescru. Imp.* §. *34. n. 5. seqq.* & § *35. per tot.*

e) Qui ita appellatur non ratione causae efficientis, aut quod ab Imperio (quando hoc abusiue nonnunquam pro solis statibus sumitur,) dependeat non minus; sed r. obiecti, quod causae, quae ibi tractantur, Imperium & Principes saepe concernant. GASTELIUS *de stat. Publ. Europ. cap. XXXVI. Membr. II. n. 1.* Neque enim VVEHNERO *in Obseru. voc.* Hoff, aut KNIPSCHILDO, *de Iure Ciu. Imp.* credendum, qui supremum hoc Iudicium, eiusque membra, non solum Imperatori, sed etiam Electori Moguntino tanquam Archi-Cancellario Imperii, iuramento obstringi existimant. Dn. MAURITIUS *in diss. de Iud. Aul. th. 6.*

f) Nisi quod superioribus Comitiis paritatem Religionis in numero Assessorum enixe urserint, nec ordinationem Iudicii Aulici

ex officio, quam ad implorationem Commissiones decer-

etiamnum approbauerint Status Euangelici, id quod ex Relatione Authoris des kurtzen Begriffs Confutationis der anno 1654. Regenspurg spargirten vindiciarum Herbipolensium, in Sachen Brandenburg contra Würtzburg, colligere licet. vid. Magnif. Dn. LYNCKERVS, ICtus Excellentiss. Praeceptor noster summe colendus *in Tr. d. Gr. Extrai. c. VI. §. 28. n. 5.* Et sane causa, cur ordinatio Iudicii Aulici auf gehabten Rath mit Churfürsten, Fürsten und Ständen, und nach derselben Gutbefinden, zu verfassen, vt volunt monita Statuum communia *ad art. 42. Capit. Leop.* Commissiones quam maxime concernit. Ita enim im Prager Friedenschluß *de anno 1635.* §. den Kayserl. Reichs-Hoffrath betreffend: und derselben Reichs-Hoffraths-Ordnung) ausdrücklich mit eingerückt werden soll, daß die Stände insgemein mit Commissionen nicht übereilet &c. werden sollen. Enimuero has totumque Processum, quod attinet, bleibt es bey der neuaufgesetzten Reichs-Hoffraths-Ordnung, (quam LIMNAEVS exhibet *in add. Post. ad lib. 9. c. 4.* biß dieselbe verbessert wird, Cap. Leop. *art. 41.* quod tamen ut aegre concedet Caesar, ne quidem Status Imperii in modum ordinandi admissurus, quibus iam tum Iudicio Camerali gratificatus est, (prout coniicit Magnif. Dn. LYNCKER. *in Colleg. manuscript. ad Capitul. Leopold. Part. Speciali ad d. art. 41.* cui iungatur *ad* §. *26.* des Prager Friedenschluß) ita, quando tam ex actis Monasteriensibus, quam ipso Instrumento Pacis, liquido deduci potest, Status Euangelicos in hoc condescendisse, vt in Aula Imperiali ficta saltim obtineat paritas, sane querelam nonnullorum (adeoque & desiderium HERDENI *P. 3.* der Grund-Fest *c. 5. p. 270.* daß, vermög des Frieden-Schlusses, die Gleichheit von beyden Religionen, und zwar nicht mentaliter, oder per fictionem quandam nach Röm. Catholischer Meinung; sondern realiter, und quoad numerum personarum eingeführt würde) praematuram, & nec Instrumento *Pac. art. V. n. XX. §. 55.* nec vlla lege alia Imperii fundatam, sed veram aequalitatem optandam quidem extorqueri vero inuito Caesari non posse, censet Dn. DECKHERRVS *in Consult. de Pac. Civ. Rel. dat. pag. 371.* Add. Magnif. Dn. LYNCKERVS *l. c. n. 7. & seq.*

decernere possit, id quod etiam vsus & quotidiana fere experientia manifesto confirmat. Nec excludimus sane hic Commissarios Austregarum, quippe qui non minus, vtçunque maxime legales sint, & inter Principes Imperii causae cognitionem & arbitrium sine speciali Caesaris Commissione suscipiant, suam tamen iurisdictionem Caesari debent, eiusdemque Commissarii dicuntur, vid. omnino C.G.O. *P. 2. tit. 2. §. 2.* ibi: Daß auch derselbige anzunehmen und zu vollführen schuldig seyn soll, als Kayserl. Commissarius, in Krafft der Commission, die Wir als Röm. König an statt der Kayserlichen Majestät Uns gegebener Vollmacht und Heimstellung hiemit einem ieden gethan haben wollen. Quo sequitur: Und soll derselbe Kayserl. erkohrne Commissarius förderlich rc. & paulo post eod. §. idem tertia vice reperitur. Quanto magis ergo hoc in caeteris, qui ab ipsa Aula impetrandi sunt, concedendum erit? Caeterum, vtcunque Pontificis Romani Commissarii in rebus Imperii dati non agnoscantur, vid. KLOCKIVS *Vol. 1. Consil. 2.* quin tamen a Rege Romanorum & Vicariis imperii impetrati pro Caesareis haberi debeant, docet BLVMIVS *Tit. XXVII. Processs. Cam. n. 126.* Et sic tempore interregni Anno 1612. Administrator Electoratus Palatini, Dn. Iohannes, Comes Palatinus ad Rhenum Comes in Veldenz & Sponheim, tanquam Vicarius in Imperio terrarum ad Tractum Rheni, Svevici & Franconici Iuris, Guilielmum Comitem de Sayn in Wittgenstein, &c. Marquardum Freherum, & Fridericum Pastorium, Aquisgranum Commissarios misit: Um zwischen Bürgermeister und Rath alda der Römis. Catholischen Religion zugethan eins- und der Evan-

Evangelischen Bürgerschafft daselbst andern Theils, zu beederseits ersprießlicher Wolfarth und Besten, nochmahls gütlich- und sinnliche Unterhandlung zu pflegen, und alles dasjenige mit möglichem Fleiß zu verrichten, was zu beständiger Wiederbringung guten Frieden und Vertrauen diß Orts dienlich und nöthig seyn möcht; Prout verba habent Recessus Commissionis. apud GASTEL. *P. VI. de Stat. Publ. Europae. cap. XXXII. n. 23. pag. 928.* Illud ambiguum est: Num Commissarii, qui in Iudicio Caesareo-Aulico Rottwilano, (de cuius abolitione in Tractatibus Pacis Westphalicae frustra actum est: quam in rem extat Kurtzer Begriff zu Handhab der Röm. Kayserlichen Majestät uhr-alten Kayserlichen Hoff-Gerichts zu Rottweil, *de anno 1651.* & Memoriale *de anno 1653.* apud GASTELIVM *de Stat. publ. Europ. d. l. n. 100. pag. 1221. seq. & pag. 1228.* ad vnum alterumue actum (ad integram enim causam non secus ac in Camera, licet vtrobique ordinaria sit Iurisdictio, fieri non potest, teste IOANNE GEORGIO von Zimmern, *P. 2. Manual. Rotvvilan. quodlibet. 1. p. 79.*) constitui solent, nostris Imperialibus annumerandi sint? Vtique enim, prout Dicasterium Rottwilanum a Conrado III. institutum, & a Maximiliano II. reformatum est, ita a solo Caesare dependere dicitur, in der Reformirten Hoffgerichts-Ordnung *de anno 1572. Part. II. Tit. 5.* ibi: Nachdem das Hoffgericht zu Rottweil Uns Römischen Kaysern ohne Mittel zuständig, und iederzeit von Unseren Vorfahren, regierenden Kaysern und Königen, über alle die, so in obbestimmten Unsers Kayserl. Hoff-Gerichts Bezirck gesessen, ordinariam Iurisdictionem empfangen ꝛc. Item, dicto Memorial. *de anno 1653.* verbis: Ist denn

nun

nun des Hoff-Gerichts Iurisdiction vielbesagt Ihrer Kayserlichen Majestät unwidersprechlich zuständig. add. R. A. *de anno 1570.* §. und nach dem 71. PAVLVS MATTHIAS WEHNERVS von Heltenberg *in Not. ad Reformat. Ordinat. P. 1. Tit. 1.* Interim tamen Commissarios eius non nisi simpliciter, nunquam vero (cum apposito hoc:) Caesareos vel Imperiales, nominari deprehendimus; vtcunque vel ipsi Nuncii (Zimmern *P. 1. Manual. Rottvvillan. Quodlibet. XII.*) vulgo Kayserliche Hoffgerichts-Botten indigitentur. Scilicet, das Erb-Hoffrichter-Ambt, im Nahmen Kayserl. Majestät an dem Hoff-Gericht zu praesidiren, ist dem uhralten Gräflichen Hauß Sultz, ob res praeclare gestas, ac insignia merita, zu Lehen conferirt: vt verba habent des kurtzen Berichts, modo allegati. Et quemadmodum omnes Processus nomine ac Titulo ordinarii Iudicis, Illustrissimi Comitis de Sultz, & eius Vicarii, Per-Illustris ac Generosi liberi Baronis de Stein, emanare solent, (Zimmern *P. 2. Manual. Rotvvil. Quodlibet. 1. pag. 78.*) ita Iudex Curiae Rottwilensis suo nomine committit: Imo, quod singulare est, ex Reformatione Maximiliani II. sunt duo Commissariorum ordinarii iurati, iique a Magistratu constituti, qui ad omnes causas, seu examinationes testium probationesque deputari debent, quibus tamen vtraque Pars Notarium adiungere non prohibentur. R. H. O. *P. 1. Tit. 14.* Adhibe Zimmern, *P. 1. Manual. Rottvvil. Quodlibet. IX. p. 56. seqq.*

§. III.

Commissarios autem Iustitiae his omnino, qui in causis Status deputari solent; opponimus: non

 vtique

vtique rationem Status in illis plane aut ſemper*g*) exclu-

g) Nam vt taceam, quod ipſe ſtatus Imperii labefactetur, vbi male adminiſtratur Iuſtitia, ſane in Imperio noſtro cauſae Iuſtitiae eo inualeſcere poſſunt, vt Imperii ſecuritatem turbent, adeoque cauſae Status fiant. (conf. ſi placet, noſtra diſſert. *de Commiſſ. ad negot. Status th. 4.)* Inprimis vero, vbi decernendi Commiſſarii ad exequendum, Status ſaepe ratio non negligenda venit. Vnde BOECKLERVS *N. S. R. J. lib. 13. c. 4.* plenam illud prudentiae laudem habere dicit, quando a Iudicio Aulico cauſae grauiores cum voto, aut ſententia, ad S. Caeſaream Maieſtatem referuntur, eoque in caſu in Conſilio ſecretiori non Iuſtitiae ſolum & Iuris, ſed & Status rationes accurate penſitantur, an in cauſa pronunciari ſententiamque executioni mandari, an vero aliquantisper differri ex re ſit Imperii: ceu factum eſſe in c. Braunſchweig, contra Braunſchweig, das Fürſtenthum Grubenhagen betreffend: Item in c. Baden contra Baden, refert LIMNAEVS *ad Capitul. Matthiae art. 40. p. 580. & Tom. I. add. ad lib. IX. I. P. 4. n. 1.* Sunt & plura exempla inhibitarum executionum: vel ſententiarum ſuſpenſarum ſuperiori ſeculo anno 42. 43. 44. 45. tum & Rudolpho II. Imperatore & ſeqq. Sed cum ea paſſim obuia, partimque odioſa ſint, ea adducere nolumus. Et quot etiamnum demandatae vel ipſis Circulis pendens? Equidem hodie in Capitulatione Inuictiſſimi noſtri Imperatoris LEOPOLDI art. 2. expreſſe definitum, ne Conſilium ſecretius ſe immiſceat rebus ad Aulam Imperialem pertinentibus, auch was einmahl in erſtgemeldtem Reichs-Hoffrath in iudicio contradictorio, cum debita cauſae cognitione, ordentlicher weiß abgehandelt und geſchloſſen iſt, daß es darbey förders allerdings verbleiben, und von nirgend anders von neuem in cognition gezogen, und noch deſſen execution gehindert werden ſoll. Verum forſan hic articulus non adeo rigidam interpretationem recipere poteſt, quin ſalus Reipubl. hic adhuc ſuprema lex ſit. Nos enim vti hanc Capitulantium prouiſionem non aliter accipimus, quam prout ſufflamen illud executionis in detrimentum non modo partis eius, quae obtinuit, ſed & in publicum vergeret, ita non poſſu-

excludentes, sed regulariter; & quod illorum expedienda negocia non aeque prope ac horum ipsum statum Imperii securitatem, pacem, tranquillitatemue, quin potius causas tantum priuatas, seu singulis Statibus subditisue Imperii proprias, easque sub respectu administrandae iustitiae, saltim hoc praeualente, immediate concernunt. Igitur eos pro instituto vtcunque describere liceat; per *Delegatos Imperatoris, qui huius authoritate causarum ex iure imperii disceptandarum siue definitionem & arbitrium, siue negocium aliquod tractandum, cum quadam cognitionis potestate legitime suscipiunt.* Veluti haec omnia in Commissariis ad inquirendum, examinandum, cognoscendum in causis cum ciuilibus, tum criminalibus, item in Commissariis zur Güte und Recht, cum vel sine voto causaeue decisione, nec non Austregarum, aut ad exequendum datis, variè mox apparebunt.

mus, quin arbitremur, eosdem vel tacite distinctionem eam admisisse, quae inter rationem Status Imperii, & rationem Status Imperatoris discernit. Prior sane si efflagitet, ipsique Imperio pro tempore, donec commodior se offerat occasio, metuamus, ne ob potentiam condemnati ejusque foederatos turbas meras in Imperio habituri simus, ita si Caesar executionem decerneret, & imo si in vna alteraue causa pronunciaret, Status credo quamplurimi indignabuntur, quod hunc articulum Capitulationis nimis rigido interpretatus fuerit. Kan also der Kayser in dergleichen Fällen in puncto executionis nicht Umgang nehmen, deßhalben mit dem geheimen und Staats-Rath communiciren zu lassen. Magnif. Dn. LYNCKERVS in praelaud. Coll. MS. ad Capit. Leop. habito. *P. 2. spec. d. art. 42.* confer. LVDOLPH. HVGON. *d. Stat. Region. German. c. vlt. §. fin.*

§. IV.

Sed ne ἀπαιδευσίας culpam incurramus, de singulis tam vt constituendis, quam vt constitutis, breuiter dispiciamus. Et cum Aulici Imperialis iudicii iurisdictionem non minus ac Camerae, imo magis (quia Camera Reuisioni & Syndicatui subiecta est, Ordin. Cam. *Part. 3. Tit. 51.* verb. ob aber einige Parthey &c. Aula Caesarea vero haec remedia non admittit, nisi quod loco Reuisionis Supplicatio obtineat, quae sicut quoad formalia fatalium cum Reuisione conuenit, ita in caeteris fere cunctis discrepat.) restringant Austregae, *b*) (nullis abinde Mandatis,

(*b*) Non obstante, quod ante Austregarum institutionem Iudicium Aulicum dudum viguerit. Nam licet ejus originem BOECLERVS *in N. S. R. J. lib. XIII. c. 4.* BVRGOLD. *diss. XVIII. ad Instr. P. p. 1101.* Dn. TEXTOR *in Disp. I. ad* R. A. *de anno 1654. §. 25. & cap. XV. d. Rat. Stat. Germ.* aliique ab anno 49. superioris seculi repetant, illud mere Ferdinandeum esse reputantes, tamen aliter sentire nos iubet FERDINANDVS III. in praefat. der erneuerten R. H. O. vbi de hoc Iudicio ait: daß solches zu Beförderung und Vollziehung der werthen Gerechtigkeit, und Regiments in Röm. Reich unvordencklichen Jahren erhalten. Nisi forte illi de quacunque mutatione intelligi velint. Cum quidem personarum mutatio, aut exterior Iudicii forma, vel ordinationis nouae conceptio, illud Iudicium non immutet, quod vbique Iurisdictionem ab vna Caesar. Maiestate habuit: alias etiam nouum exhinc Camerale dicere oporteret Iudicium, quando in loco vel numero Assessorum, aut designatione praesentantium, vel salariorum diuersitate, eorumque reditu & soluendi modo, aliam cepit faciem. conf. Dn. MAVRIT. *in laud. diss. d. Iud. Aul. th. 5.* Austregas vero quod concernit, eae, saltim ordinationis, Maximiliano primo debentur. Vtut de caetero iam ante huius gloriosissimi Im-

tis, *i*) auocationibus, aut quouis modo alio, vt fit quoque per Commissiones cum voto, *k*) & quando

 Sub-

peratoris tempora non modo voluntarii, sed & necessarii Iudices und rechtliche Austräge, coram quibus etiam inuiti conuenire possent, obtinuerint. Ord. Cam. *d. an. 1495. Tit.* Wie Churfürsten ꝛc. Dn. TEXTOR *disp. III. ad d. R. th. V.* Etenim prout tantum inter illustriores quasdam Imperii familias, propter Conuentionem Austregalem, siue a se, siue a Maioribus initam, ex quadam Imperii obseruantia & tolerantia, (cum alias ab illis Iurisdictio, quam in se non habuerunt, concedi non potuerit.) in tantum invaluerunt, ita iisdem laudatissimus Imperator tantum fuit permotus, vt, cum Iudicium Imperiale in Imperio ordinaret, Austregas illas, quo in posterum primae instantiae loco essent, reliquerit, & hactenus particularem consuetudinem generaliori sua lege firmatam, & quod formam specificam attinet, nouiter informatam esse quoad Classes & vias, ceterosque effectus, voluerit. Dn. TEXTOR. *d. l. th. 3.* conf. BLVM. *in Proc. Tit. XXVII. 9.*

i) Vnde in causa Mecklenburg contra Braunschweig & Conf. Mandatum de solu. & dimitt. hypoth. cum Cl. item Mandat. de adimplendo transactionem cum Cl. per sententiam d. 17. Februar. anno 1660. compensatis expensis cassata, & impetrans ad iudicium Austregarum iuxta Ord. Cam. *P. 2. Tit. 2.* §. *pen.* remissus fuit.

k) Hoc iure (v. *Instit. Caus. Palatin. P. II. cap. 5. p. 184. & seqq.)* nitebatur Elector Palatinus ratione Commissionis in causa Wildfangiatus, in literis ad Caesarem *d. 20. Septembr. anno 1655.* Vnde & designati tum temporis Commissarii, Elector Treuirensis, Archi-Episcopus Salisburgensis, Dn. Ernestus Saxoniae Dux, & Hassiae Landgrauius Darmstadinus, cum Spiram missis Legatis suis per Doctorem Lingelshemium Elector Palatinus demonstraret, quod prima priuilegiatarum Austregarum Instantia priuandus non esset, subdelegatos suos abinde auocarunt. Quae tamen causa postmodum non ab Austregarum Iudicibus, sed per viam compromissi, reseruante sibi Caesare die Oberobmannschafft, est decisa: frustra in hac causa Palatina Burgoldensi nouissimum Austregarum iudi-

Subdelegati Aulicae decisioni insistunt, turbandae, vid. Capit. Leopold. §. *18.* R. H. O. *tit. 11.* §. Wir befehlen auch hiemit (ex quo exponitur §. Und weil auch *ibid.*) C. G. O. *P. 2. tit. 4.* §. zum vierdten. Et Instrum. Pacis

cium ponente. Dn. TEXTOR *d. l. th. 7.* Ratio autem, cur nec Commissio cum voto decerni possit, si quando primae Austregarum Instantiae obtineant, satis manifesta est: quia parum refert, vtrum Aula Caesarea in prima Instantia iudicet plane absque vlla Commisione, an vero Commissarii quidam sint citra facultatem decidendi, tantum cum voto, & sic nihilo secius Consilium Imperiale Aulicum in prima Instantia iudicet definitiue, ipsi vero in loco Commissionis Aulica decisa pronuncient. Pertinent huc grauamina Vnitorum ap. LIMN. *lib. 4. c. 8. I. P. n. 36.* ibi: Daß der R. H. R. gantz beschwerliche Commissiones, auch so gar in Sachen den Religion-Frieden betreffend, ausgehen lassen, dahin gerichtet, daß in solchen Commissionibus die Commissarii vsque ad Conclusionem causae procediren, und hernach die Sach an den Kayserl. Hoff zum endlichen Ausspruch überschicken solten, welches aber nicht allein den Austrägen zum Abbruch, sondern auch den Parthenen selbst zu nicht geringer Beschwehrnüß, gereichen thut, indem Ihnen durch diesen Weg die commoda appellationis, derer doch ihre (der Ständ) ohnmittelbahre Unterthanen geniessen, und also melioris conditionis als Sie (die Ständ) selbst seyn müssen, benohmen werden. Similiter, cum anno 1630. Episcopus N. N. contra Senatum & Cives ciuitatis Imperialis N. A. C. addictos, sub- & obreptitie Commissionem a S. Caesarea Maiestate Ferdinando II. impetrasset. Hi inter caetera Austregarum priuilegiatos Iudices opposuere, his formalibus: Daß wir auch, Vermög und nach Innhalt unserer Uhralten von E. Kayserl. Maj. selbsten confirmirten priuilegien, nicht schuldig seyn, Sr. Fürstl. Gnaden ausser den Weg unser ordentlichen Richter, in Rechten zu stehen, oder in einige Commission, bey so klaren und unlimitirten Inhalt unserer Freyheit uns einzulassen. vid. Acta Commiss. wegen der in anno 1630. & 1631. übel angemaster Religions-Reformation in des H. R. R. freyen Stadt N. pag. 40.

Pacis *art. 5. num. XX.* §. *Visitatio 56.* iunct. R. A. *1654.* §. *168.* LIMNAEVS *lib. 9. J. P. c. 5. n. 32.* ZIEGLERVS *ad praxin Caluoli* §. *Austregae Concl. 1. n. 15.* & plures apud RVMEL. *ad A. B. Part. 2. Dissertat. 1. Coroll. 2.* Itaque de Commissariis Austregarum prius agere, & a Deputatis ab Aula tanto diligentius distinguere conuenit, quanto his magis accedunt illi, qui aliquando iuxta Ordinationem Camerae a Caesarea Maiestate impetrandi sunt.

§. V.

Videlicet Commissarii Austregarum vel simpliciter authoritate Legis nituntur, nec Rescriptum vllum Caesaris desiderant, vt quando Princeps ex Principibus a Reo nominatis quem elegit, iuxta dispositionem der C. G. O. *Part. 2. Tit. 2.* vel illorum Commissionem Ordinatio Camer. quidem approbat & sancit, ita tamen, vt specialiter Imperatoria Maiestas pro Commissario Austregarum imploranda sit: Et hoc in casibus der C. G. O. *Part. 2. t. 3.* in prima via: & in *Tit. 4.* §. zum vierdten, item in casu *Tit. 5.* ibi: einen unpartheyischen Commissarium, non secus ac vbi cessantibus Austregis, Commissarius ab Aula von Hoff aus impetrandus est. Quodcirca in der erneuerten R. H. O. *Tit. 2.* §. dieweil aber. requiritur, vt in specie pro Commissario, vermög der Austräg, supplicetur, ne alias Partes in Commissionem cum Voto *l)* incidant; quanquam nihilominus per omissionem

l) Vbi, cum commissarii Austregarum plenam decidendi facultatem habere deberent, Aula Imperialis pronunciare solet. Ita vero Pars laesa impeditur, ne, vt ab Austregarum pronunciato fieri potuisset, ad Cameram per appellationem procedere queat.

ſionem illius formulae Reo non praeiudicari, aut ei priuilegium Auſtregarum eripi non poſſe, verius ſit. Adhib. Dn. TEXTOR. *Diſput. ad* R. A. *1634. III. th. 53. iunct. th 22. vsque 26.* Etenim contra Conſtitutiones §. praeced. citatas, inprimis contra Inſtrumentum Pacis, Aulicae Ordinationi ſtari non debet, arg. Inſtrum. Pacis *art. 17. §. contra hanc transactionem* 3. Quid? quod d. §. dieweil aber. (prout iam §. 4. innuimus.) ex §. praeced. Wir befehlen auch eiusdem Tit. der R. H. O. interpretandus veniat; vel ita intelligendus, vt omiſſa illa formula Actor tantum in ſui praeiudicium, non vero in praeiudicium Rei, Auſtregis tacite renunciaſſe dicendus ſit, quo caſu & tunc Reus Iurisdictionem Iudicii Aulici prorogaſſe cenſebitur, quando, vbi Auſtregarum Commiſſarius decernendus fuiſſet, coram Commiſſario cum Voto non modo comparet, ſed & intentioni Actoris, exceptionem fori & priuilegium inſtantiae non allegans, reſpondet. Conf. RODING. *in Pand. Cam. lib. I. tit. 4. §. 5. ibique Commentatores.*

§. VI.

Sed in ratione conſtituendi Commiſſarium, quem eximie legalem diximus, vberius non exhibeamus. Quod ſi nimirum Elector, Princeps, *m*) aut qui

m) Siue ſit Regens ſiue Apanagiatus: cum & hic priuilegio Auſtregarum gaudeat, ſiue Actor ſit ſiue Reus. SCHVBARDVS *c. XI. d. Auſtreg. n. 104. ſeq.* BLVM. *tit. XXVII. Proc. Cam. n. 43.* Quid ſi Rex aut Princeps exterus Principem Imperii ſit conuenturus, an hunc Auſtregas attendere conuenit? Affirmat hoc BLVMIVS, *d. l. n. 53. ſeq.* ex ea potiſſimum ratione, quod Actor Rei forum ſequi debeat, nec diſtinguatur, an ſit forum commune an pri-

qui huic par *n*) censetur, cum Electore, Prin-
cipe

vilegiatum. Imo forum Austregarum commune dicere licebit, cum earum priuilegium in Corpore Recessuum (quod & magnam partem Iuris Communis continet,) sit clausum, qualia non minus sunt priuilegia mulierum, militum, Studiosorum. Alii dissentiunt, asserentes, non solum ad Reum, sed etiam Actorem respiciendum esse. Deinde ad Status solum & membra, seu subditos Imperii inter se, Austregas pertinere: Vnde Statuum correspondentium Legatos in Comitiis anno 1613. non attentis votis in contrarium maioribus, Extraneos protinus in Camera agere debere, voluisse: teste Cubachio, ap. ARVMÆ. *Vol. IV. discurs. 36. th. 46.* vid. MYLERVS *ad Rumelin. in A. B. p. 2. diss. 1. th. 4.* Et cum de Exteris nunc solliciti simus, id hic asserere non dubitamus, quod si quis Exterus Rex, qui simul Status est Imperii, sed sine respectu Regni sui, vel Principatus in imperio, conueniendus esset, Austregae locum habere non possint. Velut enim Princeps Imperii, qui simul Comes est, a Mediato non alia ratione coram Austregis conuenitur, quam quod dignitas maior minorem absorbeat: Ita Reum eiusmodi vt Regem potius, quam Principem Imperii, habendum esse conuenit.

n) Ein Fürstmäßiger. Quo nomine non solum venire putamus die Gefürstete Grafen, quorum feuda etiam coram throno Caesareo aeque ac Principum renouantur, (vt in Montispelicardensi inuestitura, se Legato, id Posonii contigisse refert MYLERVS *cap. 91. de Princ. & Stat. Imp.* §. 8. sed & Abbates & Praelatos principali dignitate praefulgentes, Gefürstete Aebt und Prälaten, qualis Fuldensis, Kampidunensis &c, Comment. ad PODING *in Pand. Cam. lib. I. c. 2. p. 40.* Add. BLVM. *d. l. n. 30. seqq.* Noua est sententia TEXTORIS, *d. disp. ad* R. A. *d. anno 54. III. th. 46.* qui eos tantum per Fürstmäßige seu principares intelligendos opinatur die einen Fürstl. Anschlag haben. Qua ratione multi ab ea Classe superiori segregarentur, nec adeo liquidum foret, quantum ad hoc, vt quis in einen solchen Anschlag stehe, requiratur. Facit tamen pro hac sententia Ordinatio Regimenti, Tit. Wer in der

cipe *o*) vel Principi pare, Ecclesiastico vel seculari

Churfürsten Anschlag zu rechnen sey. Quod in beneficiis similibus eius temporis onerum & contributionis ratio habita videatur. Interim altera, quae dignitatem simpliciter respicit, tutior, & imo ipso vsu recepta est: quippe intentioni Legislatoris dignitatem personalem, & in hac eam quae Principum est, magis respicientis, congruit.

o) Pertinent huc etiam Administratores seu Tutores Principum, qui ex horum personis forum sortiuntur. Item Capitulum. vid. FRIDERVS *lib. I. d. Processf. c. 19. n. 7.* LIMNAEVS *lib. IX. I. P. c. 5. n. 28. seqq.* BLVMIVS *Tit. 26. Processf. Cam. n. 46.* VMMIVS *disp. 4. ad Processf. Iud. th. 8. num. 40.* Scilicet in causis Episcopalibus, aut quando sede vacante vt Pars grauat. Male dissentit GAIL. I. O. 30. *num. 10. & 13.* Capitulum enim Episcopum repraesentat, & penes Capitulares, des Stiffts Erb-Herrn, manent feuda Imperii eorundemque administratio. v. Instr. P. *art. V. §. 20.* Comitiis quoque interest, (LIMNAEVS *lib. IX. I. P. c. 1. num. 10*) vtut directorium in iis Capitulo Moguntino ex ea ratione non posse competere videatur, quia directorium non (vt ius Comitiorum suo modo) Territoriis, sed dignitati personali Archi-Cancellariatus inhaeret, aut abinde dependet: Ergo sub administratione iurium Episcopalium venire non potest. Et sequeretur alias, praeiudicari Episcopo instituto, si iudicium Camerae sortiri cogeretur. Denique Capitulares sunt Curatoribus similes, nec fit extensio de persona in personam ob repraesentationem. Ex quibus colligitur, praeiudicium GAILII *loco cit.* in C. Mansfeld contra Capitul. zu Magdeburg, esse explicandum de eo casu, quo Capitulum conueniebatur in causa propria. Ita Notat. ad RODING. *in Pand. Cam. lib. 1. tit. 4. §. 15. p. 26.* Magnif. Dn. LYNCKER. *d. Orat. Extrat. pag. 388. num. 6.* iung. ZIEGLERVS *ad praxin Calvoli, §. Austregae Concl. I. n. 36. seq.* De vxore Principis, etiamsi mediata fuerit, cum BLVMIO, TEXTORE, SCHÜBARDO, vt & MYLERO *cap. VII. Gam. §. 8.* asserere non dubitamus, quin ei priuilegium Austregarum ex persona mariti competat, *arg. l. 4. C. de silentiar.*

lari, iure experiri voluerit, nec his ſint Auſtregae conuentionales, ſonderbahre gewillführte rechtliche Austräge, vt vocat textus der C. G. O. *P. 2. tit. 2. §. 1. p*) ante omnia & quaſi praeparamentum

& *decur. l. fin. C. de incolis*, vbi Amaya docet *num. 12.* quod Vxor Equitis Militaris S. Iacobi in criminali quoque cauſa ap. Iudices mariti conueniri debeat.

p) Sunt enim non tantum Auſtregae in vniuerſum Legales, vt ordinationi, (videlicet Cameralis) nec non iuris peculiaris, puta ex conſuetudine aut priuilegio. Quo pertinent Auſtregae, quibus nonnullae Ciuitates Imperiales, non eo caeteris Statibus Imperiis inferiores, mactatae ſunt. v. KNIPSCHILD. *lib. II. de Iure Ciuit. Imp. c. 1. n. 55. 84.* BLVMIVS *tit. XXVI. Proc. n. 53.* REINKING. *l. 2. Cl. 2. c. 16.* vt & ZIEGLERVS *d. l. n. 48.* ſed & non Legales, eaeque vel ſtatutariae, vel conuentionales; & hae etiam legalibus praeferuntur § *1. h.* Vnde in cauſa Georg Pfaltzgrafen, contra Chur-Pfaltz, *anno 1578. d. 28. Iunii:* Daß die gemeine Reichs-Austräg die ſonderbare Anbringungen und Verträge, ſo die Ständt untereinander haben, nicht aufheben. *(v.* FRIDERVM *Lib. I. de Proc. c. XIX. n. 2.)* quandoquidem in ipſa Ordinatione confirmantur, nam citra illam confirmationem praeferri non deberent, tam quod in fraudem legis illae ceſſurae forent: quam quod priuatorum conſenſus iuriſdictionem non tribuat; niſi quod per conuentionem partium compromiſſa recte ineantur, a quibus tamen & Auſtregae conuentionales toto genere diſtinctae ſunt. Nam compromiſſa ſunt incerta & extraordinaria, atque priuatis etiam competunt, nec ab iisdem appellatur. Non etiam Arbitri Iuriſdictionem habent, pendetque compromiſſum ab arbitrio & conſenſu compromittentium, quorum morte quoque extinguitur. Accedit denique & illud, quod ad ſuſcipiendum arbitrium nemo cogatur, modo quod tum demum illud ex Cremenſis ſententia ſingulariter fieri queat, ſi vtrique litigantium neceſſitudine quadam aliquis iungeretur; quod tamen ipſam ſimpliciter non probauc-

tum necesse est, vt is Reo petitionem *q*) postulataque mittat, cum requisitione administrandae iustitiae, mit Ersuchung (vt inquit ordinatio Cam. *d. l.*) Jhme darum recht zu pflegen. Adde haec requisitus Princeps inter quatuor hebdomadas ab insinuata requisitione proximas, quatuor Principes Regentes, *r*) binos Ecclesiasticos, totidemque seculares, omnes (ad euitandam ex cognatione collusionis suspicionem) ex diuersis familiis oriundos nomina-

rim: Austregales vero Iudices Mannatis Cameralibus compelli queant. Conf. SCACC. *lib. II. de Iud. c. 2. num. 625. seqq.* Vtcunque enim legales proprie & stricte sic dicti non sint hi nostri Conuentionales Austregar. Iudices, dicuntur tamen tam in Ord. Cam. *de anno 1495. Tit.* Wie Churfürsten, Fürsten und Fürsten-mäßige ꝛc. quam *de anno 1555. P. 2. Tit. 2.* sonderlich gewillkührte Rechtliche Austräg, quo ipso arbitris etiam secernuntur. Idque ob confirmationem Caesareae Maiestatis. Tales autem sunt unter Böhmen und Sachsen, unter Sachsen, Brandenburg und Hessen, plures ap. SCHVBART. *cap. 8. d. Austreg.* Statutariae dicuntur, quae in eadem familia, vt Palatina, Saxonica, Hassiaca, obtinent; quod genus inter Nobiles frequentissimum. Conf. Austrag und Ordnung, wie solche des Heil. Reichs unmittelbare freye Reichs-Ritterschafft in Francken, Orths Röhn und Wärra, zu güt- und gerichtlicher Erörterung derer zwischen Jhnen vorfallenden Streitigkeiten von Alters hergebracht, und itzt wider erneuert hat. ap. FRITSCHIVM ad LIMNAEVM *Lib. 6. cap. 3. n. 46. p. 186. & seqq.*

q) Quae petitio libellus, inque eo omnes articuli ventilandi recensiti esse debent v. BLVMIVS *d. Tit. XXVII. n. 59. & seqq. vbi & n. 62.* modum cautelasque insinuandi tradit.

r) Regierende Fürsten, cum hi soli propriis, Apanagiati vero vulgo abgetheilte Fürsten und Herren, Consiliariis parum stipentur, quorum tamen ope controuersia decidenda est. *d. Tit. 2. §. 2.* ter C. G. O. & *arg. Tit. 4. §. 1. eiusdem.*

minare debet. C. G. O. *d. l.* §. darauf soll. Qua nominatione intra modo memoratum tempus neglecta, vna Actoris requisitio ad hoc, vt Camerae Imperialis vel Iudicii Aulici Iurisdictio, praetermissa Austregarum instantia, fundetur, sufficit: vt tamen in arbitrio Actoris adhuc positum sit, vtrum vnum ex his supremis Tribunalibus adire, eoque causam deuoluere velit nec ne. Non obstante, quod in simplici spolio ad Cameram ipso iure caussa deuolui dicatur. *Part. 2.* der C.G.O. *Tit. VIII.* §. wo sich denn begebe *u.* idemque saltim de Iure Constituto (vid. §. *sequ.* gleicherweiß) obtineat, si quando Commissarius causam vltra annum protrahit, oder dem Kläger zu endlichem Austrag, Rechtspruch und Urtheil nicht verhilfft, vid. BLVM. *in Process. Cameral. Tit. 27. num. 65. 85. & sequent.* Dn. TEXT. *d. Disp III. th. 37.* Quod si ergo Reus quatuor Principes rite denominauerit, Actoris iterum sunt partes, vt iudicem ex his eligat, delectumque Reo intra mensis itidem spatium domum per literas denunciet. C. G. O. *dict.* §. darauf soll rc. *s*) Denique & hoc facto, id superest, vt

C 3 Prin-

s) Illud hic quaeritur, an adhuc Reus constringi possit ad recipiendum futurum Commissarium, sin aliquem Principum ex nominatis post hoc tempus legis Actor elegerit? Non putamus, cum tempus pro solennitate actus a lege requisitum praecise seruari debeat, id quod cum ex fatalibus interponendae & introducendae Appellationis, tum *l. 4. C. qui admitt. ad bonor. possess. l. fin. §. 2.* iunct. §. *4. C. de Iur. delib.* satis adparet. Ideoque si Commissarius ad Actoris tantum requisitionem procederet, Processus foret nullus. *c. ea. quae d. R. I. in 6. l. 170. ff. de Reg. Iur.* GAILIVS *2. Obs. 1. n. 36.* nisi quod eum tunc subsistere posse plerique asserant, si Reus contra electionem Commissarii post tempus legale factam nihil opposuerit.

Princeps electus intra quatuordecim dies proximos ab vtroque Principe tam Actore quam Reo, pro susceptione Commissionis communi nomine rogetur, die auch derselbe anzunehmen und zu vollführen schuldig seyn soll als Kayserl. Commissarius in Krafft der Commission, die Ferdinandus als Röm. König, an statt der Kayserl. Majest. in Krafft Ihrer Liebd. und Kayserl. Majestät Vollmacht und Heimstellung t) hiemit (vide-

t) Haec verba interpretanda putauerim de permissione tantum Caesarea committendi ex potestate propria. Falsum enim mihi omnino videtur, quod Rex Romanorum tantum sit Vicarius ipsius Imperatoris. Nec obstat, quod is interdum loco caesaris esse, vt & hic an statt Ihrer Kayserl. Majest. committere dicatur. Nam id capiendum, quatenus Rex Romanorum subiectum siue personam eius gerit, sed non de vicaria potestate, quae quidem Regi iure proprio competit: non aliter ac Legatus Pro-Consulis propriam Iurisdictionem habebat, nec tamen nisi excitatam quasi exercere poterat *l. 13. d. Off. Prot. & Leg. l. 4. pr. ff. d. Off. eius cui mand. Jurisd. l. 1. §. 1. ff. de Tut. dat.* Quorsum enim illa verba in hoc nostro §. als Röm. König. Et quomodo alias Ferdinandus *in praefat.* der C. G. O. dicere potuisset: Setzen, ordnen, und wollen, in Krafft berührter der Kayserl. Majest. Heimstellung, auch für Uns selbst als Römischer König gebietend, daß solche der Kayserl. Majest. Unser und des Reichs Recht und Ordnungen in allen ihren Articul und Puncten gehalten werden sollen? (conf. *P. 3. Tit. 54.* §. *1. & 2.*) item, qui vti formula aus Königlicher Macht und Vollkommenheit? Sane Rex Romanorum non tantum in Regiam dignitatem, zu der Ehr und Würde des Röm. Königl. Nahmens, sed & potestatem, Gewalt desselben, euehitur. vid. Cap. Rudolphi II. in princ. Vnde Status Imperii vniuersi aeque ei obedientiam debent ac Caesari: Exercet Maiestatem suo nomine, committitur in Regem Roman. crimen laesae Maiestatis efficienter & non obiectiue tale vt in Electoribus. Di-

(videlicet per ipſam ſanctionem Ordinationis,) einem jeden gethan haben wollen, vt ipſa verba legalia hic quodammodo mea faciam, vid. omnino *d.* §. darauf ſoll. Vnde eo caſu, quo Princeps requiſitus Commiſſionem recipere detrectat, ad Cameram non proceditur, ſed Reus de nouo Auſtregas denominare poteſt. Imo etiam aduerſus recuſantem aeque, ac circa Commiſſarios pendente lite moroſos contingere ſolet, Mandata poenalia CL. decernuntur. Dn. TEXTOR *d. Diſp. th. 40.* Magnif. Dn. LYNCKER. *Tr. d. Grau. Extraiud. cap. III. P. II.* §. *11. 15.* Add. BLVM. *d. l. n. 85. ſeqq. cumprimis n. 90. cum ſeq.* ibique citat. loc. GYLMANVS.

§. VII.

De Commiſſariis auf die Austräg ab Aula impetrandis id hic addendum eſt, quod in caſu *Tit. III. P. 2.* der C. G. O. in prima via, vbi Elector, Princeps, aut qui huic par, conuenturus Praelatum, *u*) Comitem,

cit in fine Capitulationis: Unſers Reichs; vtitur plenitudine poteſtatis, Comitia indicit, & praeeſt illis plena poteſtate; leges fert, cognoſcit de feudis, & praedicatum Maieſtatis habet. Nec hic titulus dignitatis eſt index, ſed & poteſtatis adeoque realis eſt. Id ſaltim dixerim, quod Rex Romanorum, cum in Capitulatione ad id ſe obſtringat, (vid. omnino *Capitulat. Rudolphi II. art. 32.*) absque permiſſione Caeſaris, minimum tacita, (nullibi enim expreſſa requiritur (nihil poſſit, & quod exercitium habeat loco Caeſaris; (quo etiam intuitu & nomine Imperatoris & ſuo ſe agere plerumque dicit) poteſtatem ipſam ex ſe aeſtimare, & ſi placet, ſuo tantum nomine exercere poſſit.

u) Qui feuda ab Imperio immediate recognoſcit, & horum ratione immediate Imperio eſt ſubiectus v. BLVM. *Tit. XXVII.*

tem, Baronem, aut etiam Nobilem *x*) immediatum, hanc prae ſecunda eligit, ab Imperatore impetrari ſoleat Commiſſarius, qui ipſi dignitate par ſit. h. e. Elector vel Princeps, nec a Reo vltra 12. milliaria diſſitus; *y*) ita enim verba habent: daß der klagend Chur- und Fürſt Fürſten-mäßige Macht habe, einen unpartheyiſchen Commiſſarium, ſeines Standes, doch dem Antworter über 12. Meilen nicht entlegen oder entſeſſen,

Proceſſ. Cam. n. 36. iunct. Notat. apud RODING. *lib. I. Tit. IV. cap. 5. pag. m. 53.*

x) Quid ſi Ciuitatem Imperialem conuenire velit? Ceſſant hic Auſtregae, ſi ipſa, a quocunque etiam, conuenienda eſt, nec ſingulares ex priuilegio vel conſuetudine habuerit. GAILIVS I. *Obſ. I. n. 20.* ibique Fabritius. Diſſentit quidem FICHAREVS 2. *Conſil. 129.* ſed ei reſpondet BLVMIVS *d. l. n. 22.* Imo, Ciuitas Imperialis Wormatienſis exceptionem peculiaris priuilegii Auſtregarum a Maximiliano I. Imperatore conceſſi, contra Commiſſionem Caeſaream proprie ſic dictam Anno 1628. fruſtra oppoſuit, teſte REINCKING. *lib. II. de Regil. ſecum & Eccleſ. Claſſ. 2. cap. XVI. n. 13. & 14.* Enimuero, prout nonnihil partialis eſt in hac ipſa cauſa REINCKING. quippe qui (cum Haſſiae Landgrauius eſſet conſtitutus Commiſſarius Caeſareus) Reſcriptum Imperiale alterum, ex propria confeſſione, ipſe obtinuit, ita dixerim ego: Non ſine ratione praedicto Reſcripto inſerta ſunt haec verba: Dieſe Sach auch ihrer Art und Eigenſchafft nach alſo priuilegiret und bewandt, daß Unſere Kayſerl. Iurisdiction darinnen gnugſam fundiret, auch ſchleinige Erörterung erheiſchet. Vt adeo contra Ciuitatum Imperialium quarundam priuilegiatas Auſtregarum inſtantias praedictum Reſcriptum indiſcretim in exemplum trahi nec poſſit, nec debeat.

y) Quae tamen diſtantia hodie non ita praeciſe obſeruari ſolet aut poteſt, per ea quae apud RODING. *lib. I. Pandect. Camer. Tit. IV. cap. 3. pag. m. 45.*

fessen, zu erlangen. Et vtcunque nihil hic expressum de impetrando Commissario ab ipso Imperatore id tamen *arg. Tit. IV.* §. *9.* & *Tit. V.* §. *1.* der C. G. O. *p. 2.* recte asseritur. BLVM. *Tit. XXVII. Proceß. Camer. n. 92.* Quod si Principes Imperii a Praelatis, Comitibus, Nobilibus atque ciuitatibus *z)* conueniri volunt, & Actor ex octo (quas vocant) viis quartam eligat, tunc iuxta *Tit. IV.* der C. G. O. modo allegatum, & *eiusdem* §. zum vierdten. *9.* a Caesare aut hoc absente, a Rege Romanorum impetrandus est Commissarius, qui ad minimum ex Praelatorum vel Comitum est ordine, der zum wenigsten eines hohen Prälaten Standes, oder ein Graff ist, vt verba legalia sonant. Vnde neque

z) Num tam Imperialibus quam mediatis? Non nemo aliquid praecipui in florido Ciuitatum, & quidem singularum, corpore obseruari putat, quod Principes quoque a Ciuitate Imperiali statim coram Camera conueniri possint; Sed male ita, & contra Ordinationem Cam. *Tit. IV.* statui Alii arbitrantur. Nam quod concernit praeiudicium illud in c. Lübeck contra Sachsen-Lauenburg, id terminos praesupponere Iurisdictionem Austregarum excedentes asserunt: & alias Principem, respectu Ciuitatum Imperialium, deterioris fore conditionis, quam respectu reliquorum & inferiorum, vt Praelatorum, Comitum, &c. quod illis insipidum videtur. De eo autem non dubitant, quod in caeteris immediatis Imperii Membris, vel si Ciuitates Imperiales alios praeter Electores & Principes (rationem diuersitatis quoad hos ponunt cum GAILIO *1. Obs. 1. n. 17.* in praeeminentia Principalis dignitatis) conuenire velint, Austregae cessent. Praeiudicia in c Mülhausen contra Knorren; item in c. Wangen contra Sommertraw ex Authore Decision. Camer. refert REINK. *lib. II. d. Regim. Sec. & Eccles. Cl. 2. cap. XVI. n. 16.* in quam quoque sententiam inclinat BLVM. *Tit. XXVII. Proceß. Cam. n. 167.*

neque Baro, multo minus Nobilis, hoc Commissarii munere rite fungetur, Dn. TEXTOR, *d. Disput. ad* R. A. *de anno* 1654. *III. thes.* 48. In casu denique *Tit. V.* §. 2. der C. G. O. *Part. II.* quando Praelati, Comites, Barones, Nobilesque immediati *a*) inter se agunt, imploratio Commissarii eodem fere modo se habet, ac quando contra hos Princeps acturus a Caesarea Maiestate Commissarium impetrat; Nisi quod, vt Commissarius sit Elector, Princeps aut Principi par, non requiratur, bene vero, vt non sit suspectus, ein unpartheyischer Commissarius. Nam quod Commissarii Austregarum (modo res adhuc sit integra nondumque coeptum iudicium,) legitimae suspicionis exceptione recusari queant, vix dubitandum est, vid. MYNSING. *Centur. II. Obseru. LII.* & ad hanc Fabritius. RVLAND. *Part. I. de Commiss. lib. III. cap. V. n.* 32. GRAEVEN. *lib. I. Conclus. Practic. XXXIII. n.* 14. RODING. *lib. I. Pand. Cam. Tit. IV. p.* 46. Iunct. Dissert. huius §. XIII.

§. VIII.

Caussarum species tam in petitione quam constitutione Commissariorum Ordinationis *b*) quam maxime

a) Nisi Reus v. c. Nobilis immediatus sit persona Cameralis vid. Not. ad RODING. *lib. I. Pand. Cam. Tit. IV. cap.* 7. *p. m.* 60.

b) De quibus & GYLMANNVS *Tom.* 2. *Symphor. p.* 2. *vot.* 19. *n.* 4. Cautelam pro Actore vtilem in nominandis Commissariis ab Aula impetrandis tradit SCHVVANMAN. *in suo Process. Cam. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 8. vt plures vna Commissarios nominet ac petat, illisque coniunctim & separatim procedendi potestas quo concedatur, commissioni inseri supplicet. Sic enim mortuo vno, lite adhuc pendente, alter nihilominus procedere potest. GILHAVS.

maxime attendendae veniunt. Sunt enim caufae, in quibus omnino (etiamfi perfonarum intuitu illarum iurisdictio fundata effet,) omnes Auftregae, adeoque & Commiffarii auf die Austräg, ceffant. Sit enim caufa eiusmodi, quae non in iure actionis, vt quando non eft prodita actio, fed in mero Iudicis officio confiftit, veluti alimentorum; fit illa voluntariae Iurisdictionis, vt eft Tutelarum confirmatio, adoptio aut emancipatio liberorum; fit alia, quae magis imperio, quam iurisdictione, peragatur; fit alibi debitum liquidum, aut etiam inftrumentum guarentigiatum; vel in quo omnium priuilegiorum Auftregarumque contineatur renunciatio; *c*) fit porro Camerae iurisdictio quoad caufam fundata, vt in Pace Religiofa, in Conftitutione litigiofae Poffesfionis, *d*) in caufis Pignorationum, (vid. C. G. O.

D 2 *Part.*

Arb. Iud. Ciu. Cap. I. P. 1. §. 8. n. 7. Formulas quasdam requirendi petendique Commiffarios, maxime in primo cafu, Auftregarum, praeter SCHVVANMAN. in fuo Proceffu fuppeditat Appendix ad relationes quasdam feu Nucl. Refponfor. aliquot abhinc annos typis impreffa.

c) V. Deputations-Abschied *de anno 1600.* §. in Fällen *300. & feqq.* Generalis tamen renunciatio, quod quis coram quolibet Iudice conueniri poffe velit, non fufficit: de competente enim haec accipienda eft GAILIVS *1. Obf. l. n. 19. & Obf. XL. per tot.* RODING. *lib. 1. Pand. Cam lib. 1. Tit. IV. cap. 7. pag. m. 60.*

d) Quae a turbata poffeffione, quippe quae ad Iudices ordinationis pertinet, eodem modo difcernenda eft cum SCHVVANEMANO *Obf. Cam. LVI.* atque in Conftitutione fuper Arreftis euenit, quippe quae ad Occupationes, Inuafiones, Spolia, Turbationes & fimilia non extenditur. Notator. ap. RODING. *lib. I. Tit. XI. §. 27. pag. m. 67.*

Part. 2. Tit. 22.) arreſtorum, &c. in his Auſtregarum Commiſſarii locum habere non poſſunt. vid. BLVM. *d. Tit. XXVII. n. 171. & ſeqq.* Dn. TEXTOR *de Diſp III. theſ. 78.* GILHAVSEN ARBOR *Iudic. Cap. I. P. I. §. 8. num. 10. 11.* Vti nec reſpectu feudorum inferiorum adeuntur, ſed Vaſallus, Principem vel Comitem in cauſa feudali in ius vocaturus, illud coram paribus Curiae facere tenetur. GAIL. *1. Obſ. 1. n. 54.* Referens apud Dn. DEKHERRVM *in Vot. Cameral. Relat. IV. n. 6. in fin.* BLVM. *d. l. n. 183.* niſi etiam Vaſallus Dominum recognoſcere nollet, quo caſu Camera iudicabit. De maioribus ſeu Regalibus feudis nullum dubium, quod ad Auſtregas cognitio de illis non pertineat. *arg.* der C. G. O. *Part. II. Tit. VII.* Quippe in illis cauſis, in quibus Camera non cognoſcit, & ipſae ceſſant, *arg. Tit. 2. §. 2.* der C. G. O. Vnde etiam iniquus eſt cum aliquibus aliis in Maieſtatem Imperatoris LIMNAEVS, *lib. IX. Iur. Publ. cap. V. n. 63. ſeqq.* quando cauſas criminales Auſtregis diiudicandas eſſe contendit. Excluſum quoque cenſetur iudicium Auſtregarum in actionibus realibus, ſi actor in loco rei ſitae agere velit? tum in noui operis nunciatione, atque quoties in quatuor caſibus auf die vier Fälle (Praeiudicia apud GYLMAN. *p. 193. & 211.*) imploratio Mandatorum ſine Cl. fundatur. *e*) vid. GILHAVS. *d. l.*

e) Quo & pertinet Paritorium Caeſareum d. 15. Ian. 1665. in c. Holſtein Plön. Nunmehr aber, und nachdem des impetranten Libd. und Unterthanen unter ſolchen Beſchwerden je länger je mehr ins Verderben geſetzet werden, und ſolchen falls ſo wenig denen Rechten und Reichs-Conſtitutionen gemäß, den Nothleidenden zu den Austrägen zu verweiſen, als Uns hingegen, Krafft Kay-

d. l. num. 11. Qui vero caufas Mandatorum cum Cl. ad Auftregas pertinere negant, minus accurate loquuntur: Non obftante, quod caufa aliqua per viam Mandati coram Auftregis (quippe vix declarationis & arctiorum Proceffuum facultate pollent,) deduci nequeat, fed per fimplicem citationem peragenda fit. Videlicet Mandata cum Cl. peculiarem folum qualitatem, quoad modum agendi Auftregis minus congruum aut vfitatum habent, peculiare autem genus caufarum non conftituunt. Dn. TEXTOR *d. Difp. III. th. 77.* ad. Not. ap. RODING. *lib. I. Tit. IV. §. 13. lit. K. pag. 25.* Interim aliquando fieri poteft, vt Iurisdictio Camerae, non obftantibus Auftregis, immediate ad Mandata cum Cl. fundata fit, idque non tantum fi continentia caufae id exigat, aut quoties facti qualitas Camerae iurisdictionem ad Mandatum quidem fine Cl. fundat, illa autem ex alia confideratione folum Mandatum cum Cl. emanare velit; (RODING. *d. l.*) verum etiam in caufa incarcerationis ex negotio ciuili. GAILLIVS *I. Obf. LXXVIII.* Adhibe Dn. LYNCKER. *d. Gran. Extraiud. cap. V. fect. 1. §. 13. n. 11. feqq.* Ex quibus vt anguftam effe Auftregarum Iurisdictionem, & plerumque caufas praeter pecuniarias reliquas (C. G. O. *Part. 2. Tit. 2. & 5.* ibi: Spruch und Förderung) Iudicibus ordinationis non effe fubiectas, affatim liquet, ita & tunc Iudices aut Commiffarios ordinationis obtinere non poffe memorandum eft, fi Princeps eiusque fubditi fimul

 con-

ferl. Ambts, in allweg obliegen thut, daß Impetranten Liebd wider unbillige Beschwerden, bey denen Ihme von Uns verliehenen Landen zu beschützen rc.

conueniendi, modo subditi ex proprio facto, ob quod conueniuntur, condemnari queant; secus si iussu & instinctu Domini tanquam Officiales quid peregerint. v. *R. D. de anno 1600.* §. gleicher massen. 24. RODING. *d. l.* §. 7. & 8.

§. IX.

Hactenus de constituendis Commissariis Ordinationis: nunc de Imperialibus proprie dictis, seu delegatis tam a Camera quam ab Aula videndum est. Et in Iudicio quidem Imperiali Aulico Caesarea Maiestas, ex vniuersali sua iurisdictione, in caussis etiam ad Cameram non pertinentibus *f*) Commissarios decernere potest. Tales non modo sunt causae Italicae; item de praecedentia & sessione Statuum, *g*) quin & controuersiae de nouis Teloniis, si Ele-

f) Aut in quibus Camera a Statibus est recusata. vid. R. A. *de ann. 1543.* §. Wir und die Kayserl. 35. ibi: Uns entschlossen, wo zwischen denen Ständen, welcher Sachen obberührter massen am Kayserl. Cammergericht gegen einander eingestellt seyn, solche wichtige Sachen fürfielen, die keinen Verzug leiden möchten, daß die Römische Kayserliche Majestät, oder Wir, Ferdinandus in denenselben jederzeit auf Ansuchung der Partheyen, nach Gelegenheit der Sachen, Richter und Commissarien verordnen sollen und mögen.

g) R. A. de anno 1500. *Tit.* Wie die Irrung der *Session*, *&c. L. I.* R. A. de anno 1576. §. ferner und zum siebenden. *110.* & §. wann dann 111. R. A. 1594. §. letzlich, 122. Et vtcunque in dictis Comitiis de anno 1576. Ratisbonensibus Imperator Maximilianus II. ex tribus imperii Collegiis Deputatos quosdam ratione caussarum de praecedentia & sessione Statuum quorundam suis Commissariis Caesareis adiungendos voluerit, *d.* §. 100. id tamen non tantum, ex Caesareo beneplacito, saltim ad referendum

si Elector aliquis Actor & Reus sit, *per Capit. Matthiae art. 23. & Leopoldinam art. 24. b)* Sed & feudales, nec non criminales, & quae sunt aliae (vt confirmationes Priuilegiorum, veniae aetatis concessio, restitutio famae &c.) quas sibi reseruatas voluit Caesarea Maiestas. vid. STAMLERVS *de Reseruat. §. 38. & mult. seqq.* Dn. ab ANDLER *Iurispr. Publ. & priu. lib. II. Tit. I. P. I. num. 37.* Equidem Camera concurrit cum Caesare in cognitione de feudis non Regalibus, quae scilic. infra Dignitates illustres positae sunt, vt Nobilium, & caeterorum, Referens apud DECKHERR. *in Vot. Cam. Relat. IV. num. 6.* sed de maioribus & titulatis, in Sachen Fürstenthum, Hertzogthum, Grafschafften belangend, so einem Theil gäntzlich und endlich abgespro-

factum est, verbis: Unser gnädiges Begehren, etliche Personen aus allen dreyen Reichs-Räthen zu verordnen, so neben Unsern Kayserl. Commissarien solche Acten ersetzen, und Uns ordentlich, was darinnen zu sprechen, referiren sollen, sed & ipsi Status se hac in parte excusarunt, & tam cognitionem quam decisionem soli Imperatori expresse detulerunt. v. omnino d. §. wann dann. III. Iunge BOECLER. *lib. V. de N. R. I. cap. II. pag. 80.* CARPZOV. *cap. X. de L. Reg. German. Sect. VII. n. 41.* ARVMAEVM *de Comit. c. 7. n. 102. item cap. 8. n. 106.* Dissentit LIMNAEVS (sibi contrarius in addit. Prior. *lib. 4. cap. 9. n. 103. p. 666.) I. P. lib. 2. cap. IX. n. 91. & seqq.* quem refutat MYLERVS ad RVMELIN. *in A. B. P. 3. Diss. 1. Th. 12. lit. C.*

b) Vt vt Monita Statuum huic posteriori Capitulationi in hoc art. contradixerint: daß in Zoll-Sachen dem Cammergericht die concurrentia Iurisdictionis nicht zu entziehen sey. Vnde ex eo, quod a caeteris Statibus hic articulus approbatus non fuerit, in causis teloniorum adhuc iudicat Camera, Praeiudicium ap. RODING. *lib. 1. Tit. 1. in Not. p. m. 2.*

sprochen werden sollen, solus Imperator in Aula cognoscit, *i*) ac ne quidem litigantibus praetermissa Caesarea Maiestate, in Arbitros, *k*) frustra dissentiente KLOCKIO Vol. Cons. compromittere licet, vid. C. G. O. *Part. II. Tit. VII.* Ordnung des Regiments zu Worms, *Anno* 1521. §. 7. ROSENTHAL. *de Feud. cap. IX. Concl. XXII. n. 4.* Idem tamen *cap. XII. concl. 1. num. 30.* aduersus Schraderum infeliciter contendit, ac si, quando de parte feudi eiusmodi agitur Camera cum Imperatore concurrentem Iurisdictionem haberet. Nam vox gänzlich *alleg. text.* der C. G. O. qualitatem sententiae notat, non quantitatem rei, vid. REINKING. *lib. I. de Regim. Sec. & Eccles. Class. IV. c. XIX. n. 119. seq.* Praeiudicia Sixtini *lib. 1. de Regal. cap. vlt. n. 18. & seq.* quod concernit, in primario sane quod ipse affert, ipsius Imperatoris versabatur vtilitas reliqua in Sailero non continentur, SCHÜTZ. *de Vicar. Conclus.*

i) Ita vt non desint exempla Commissariorum Imperialium in causis feudalibus, veluti in causa Barby contra Capitulum Magdeburgens. die Herrschafft Egeln betreffend, ipsi Comites sub Maximiliano II. & Rudolpho II. Impp. Commissarios Caesareos (cum protestatione tamen Electoris Saxoniae,) impetrarunt, v. Deduction und Memorial, was gestalt die Herrschafft Egeln an das Gräffliche Haus Barby kommen ap. GASTEL. *p. V. de Stat. Publ. Eur. cap. XXXI. n. 140. p. 899. & 901. col. 1.*

k) Etiamsi de feudo esset contentio, quod, vtcunque lis caderet, Domino directo non eriperetur. Neque enim vnice de alienatione in ea specie controuertitur, sed in Imperio, maxime si Exteri assumuntur, de suprema Iurisdictione Caesaris agitur, quae nec simpliciter feudalis, & vel maxime suo genio atque obseruantia in Imperio aestimanda est. Dn. LYNCKERVS *Dissertat. de Commiss. th. 25.*

clus. XV. Quid, quod magis est! vti & in possessorio, tam ob generalitatem Ordinationis, quam continentiam causae, (nequicquam obstante voce endlich *d. Tit. VII.* Responsio enim peti potest ex *Tit. 21.* §. *1.* der C. G. O. *P. 2.*) ita Caesar in vtroque iudicio, tam petitorio quam possessorio, solus potestatem cognoscendi & sententiam ferendi habet absque Paribus Curiae, oder ohne Zuziehung der Stände. *l*) Interim negandum non est, quod Caesarea Maiestas, si causa quaepiam feudalis, aut etiam criminalis; absque notabili

l) Decantatum quippe illud ius Principum, das Fürsten-Recht pro quo tantopere HIPPOLITHUS a LAPIDE *P. 1. d. Rat. Stat. sect. 10. c. 2. & seq.* & LIMNAEUS *non modo lib. II. J. P. c. 9. n. 32. & seqq. vocum & in Addit. poster. ad lib. 2. pag. 91.* pugnant, nec in vllo scripto iure, nec obseruantia satis fundatum est; quin potius *in 2. feud. 55.* §. *1.* Aurea Bull. *Tit. V.* & aliis Constitutionibus ap. RÜMELIN. *P. 1. Disput. IV. th. XIX.* adductis, cumprimis vero in der C. G. O. *P. 2. Tit. VII. & Instrum. Pac. art. IV.* §. *17.* soli Caesari cognitio de feudis eiusmodi, quae Fahnen-Lehen dicuntur, reseruata, & multis firmata praeiudiciis, per Acta non minus vetera quam recentiora, reperitur. Sic Maximilianus I. in causa Alberti & Wolfg. Bauarorum & Ruperti Palatini; Carolus V. inter Hassos & Nassouios; Matthias in c. Lüneburg contra Braunschweig, das Fürstenthum Grubenhagen betreffend; Ferdinandus II. in c. Baden contra Baden, anno 1622; in c. Hessen contra Hessen, die Marpurgische succesion belangend, anno 1623. d. 1. April. Ferdinandus III. ratione iuris primogeniturae & aliarum praetensionum, inter Hessen-Darmstadt & Homburg; Item Cassel und Land-Graff Friedrichen; soli absque Procerum Imperii interuentu iudicarunt. vid. REINKING. *d. Regim. S. & E. lib. 1. Class. 4. c. 19. n. 27. seq.* STAMLER. *d. Reseru. §. 38. n. 14.* SCHÜTZ. *Disp. de Vicar. Concl. XIV.* CARPZOV. *d. l. Reg. Germ. cap. IX. sect. XII. n. 27.*

tabili motu in Imperio decidi non possit, ex generali norma, in Capitulatione definita, minimum Electores in Consilium adhibere debeat. *art. 39. & art. 3. Capit. Leopold.* De hoc tamen, num talis causa sit, & quot, ac quosnam Statuum coeterorum requirere velit? ratione causae Imperator ipse iudicabit. vid, *art. V. Instrum. Pac.* §. *quod Processum 55. in fin.* Quod autem in Causis criminalibus Aulam Caesaream tantum Commissarios decernere posse innuimus, id solum intellectum volumus de criminalibus **oder peinlichen Sachen, so Leibs-Straff auf ihnen tragen;** Secus atque vox criminalis legibus Iustinianeis vulgo accipitur, vid. GAIL. *I. Obseru. LXV. n. 5.* sed & etiam vbicunque de poena corporali, personis immediate Imperio subiectis (non minus si Parens Princeps filium punire vellet. NICOLAVS BERSIVS *de Pactis Famil. Illustr. cap. VIII. pag. 434.* & MYLERVS *Gamolog. cap. XXII. §. 7. vsque ad 14.*) infligenda, iudicandum est. Idque ob Constitutionem Friderici II. Imperatoris, quam ex Goldasto excerpsit LIMNAEVS *lib. II. Iur. Publ. cap. IX. n. 31.* nulla habita distinctione, an in territorio tertii delictum commissum sit, an vero proprio: vt casu priori ipse Iudex illius loci (si delinquens ibi deprehendatur, BRVNEMAN. *ad l. 1. C. vbi Senat. & Clariss. n. 11.*) per dictamina iuris communis cognoscat *l. 3. d. Offic. Praef. l. vlt. de nox. act. l. 3. ff. de re milit. l. 1. C. vbi de crim. ag. oport.* Siquidem illa Constitutio vt nec distinguit, ita nec correcta esse reperitur ex **R. A.** *de anno 1594.* §. **ebener massen** 68. *verbis:* **wann eine einige Persohn,** huc non pertinent. Igitur cognitio criminalium vt recte soli Imperatori (nisi

quod

quod pro causae circumstantiis, vt iam supra diximus, cum Electoribus & Statibus nonnunquam communicare debeat,) attribuitur. STAMLERVS *de Reseruat. Imperat.* §.37. SCHÜTZ. *Colleg. Iur. Publ. Vol. 2. Disp. 7. th. 6. lit. E.* RVLANDVS *de Commiss. Part. 1. lib. 11. cap. 3. num. 6.* Ita ab ea in totum Camera arcetur. *m)* R. A. *de anno 1530.* §. *Item* als ietzt etliche 95. C. G. O. *P. II. Tit. XXVIII.* §. 5. Nec solummodo Comites Ottingenses aliquam ex Ciuitatibus Imperialibus in Aula Caesarea *ex l. 28. §. 15. ff. de poen.* criminaliter conuenisse obseruauit Dn. MAVRITIVS *in laudat. Disput. de Iudic. Aulic. th. 16.* sed & notabile Exemplum Caesareae Commissionis ad inquirendum, zu Untersuchung eines Peinlichen Falls, auf Fürsten zu N. und Heinrich von N. extat in Consiliis Argentoratensibus, *Vol. 2. Cons. XCI. columm. 1487.* Cuius Commissionis tenorem infra in Adiunctis sub litera A. exhibere operae precium duxi. Ne quid nunc di-

m) Vt adeo neque per appellationem, neque per viam simplicis querelae, causa criminalis ad Cameram deferri queat; nisi Camerales ipsi deliquerint; C. G. O. *p. 1. Tit. 50.* §. fin. aut reperiatur causa specialiter excepta, vt est fractae pacis C. G. O. *p. 2. Tit. IX.* (in qua, iuxta stylum Camerae, non minus ac in ciuilibus causis Commissarius ad recipiendum testes locum habere potest. MYNS. *3. Obseru. 40.*) & perduellionis C. G. O. *p. 2. Tit. 20.* Aut nisi denique ex Capite nullitatis, & quidem principaliter deducendae, (quo casu Iudex criminalis tenetur Acta edere sumptibus tamen petentis, v. KLOK. in Vot. Camer. *Relat. LXXXVII.*) ad Cameram prouocetur. C. G. O. *p. 2. Tit. 28.* §. *2.* Item nach dem. GAIL. *1. Obs. 1. num. 28.* Add. Dn. LYNKERVS *de Grau. Extraiud. cap. VI. §. XXIII. n. 3. & seqq.* BLVM. *in Process. Tit. 43. n. 13.* RVLANDVS *P. I. Lib. II. de Commiss. cap. 3. n. 2.*

cam de Commissione Caesarea auf Chur-Trier und Pfaltz-Neuburg ratione der Stadt Cölln decreta, nec hodiernum finita.

§. X.

In causis Religionis, spiritualibus & Ecclesiasticis, si de possessione vel quasi *n)* agatur, aut de facto incidat quaestio, (alias enim si causa religionem intrinsecus concernat, omnino secus habendum est,) *o)* quin ab Imperatore tam in Aula quam Camera Commissarii peti decernique possint, praeter exempla,

n) Vt bona Ecclesiastica, ita & iura Episcopalia, autonomias, patronatus, electionis &c. possidentur vel quasi: Vnde & praescribi queunt, etiam de iure Canonico a Laicis, *per c. querelam 24. X. de elect. & elect. potestat. c. auditis 15.* & imprimis cap. *cum olim 18. X. de praescription.* MENOCH. *Cons. 512. n. 5.* WESENBEC. *Cons. 48. n. 6.* MASCARD. *de probat. Vol. 2. Concl. 586. n. 6.* SCHVRFF. *Cons. 81. cent. 2. n. 9.* GILCKEN de praescript. *P. 3. cap. 9. n. 21.* Prout & de iis Transactiones valent: Id quod ex R. A. *de anno 1544.* §. welche Stände aber 89. Transactione Passauiensi, ipsaque Pace Religiosa, & Instr. Pacis satis apparet. Add. ROSENCORB. *Pract. Forens. obs. cap. 30. n. 9.*

o) Vnde olim inter Grauamina Statuum Vnitorum apud LIMNAEVM *lib. IV. J. P. c. 8. n. 36.* daß der Kayserliche Reichs-Hoffrath sich unterfangen in Religions-Sachen und dessen Fried betreffend ohne allen Unterschied Mandata sine Cl. wider die Evangelische Ständ zu erkennen: desgleichen gantz beschwerliche Commissiones, auch so gar in Sachen bemeldten Religion-Friedens ausziehen zu lassen. Sed hoc ipsum in Capitulatione Leopoldina sancte prohibetur, *art. 38.* ibi: den Frieden in Religion- und Prophan-Sachen ꝛc. zuwider keine Commissiones ausgehen lassen, oder zu geschehen gestatten. add. Instr. Pac. *art. XVII. §. contra hanc 3. & art. V. n. II. XX. §. in causis Rel. 52.*

pla, *p*) dubitare nos vix sinunt Instrumentum Pacis

 artic.

p) Sic Commissarii Caesarei anno 1560. Argentoratum missi, um zu vernehmen, wie die Sach in puncto Religionis und des streitigen Schutz und Schirm halben beschaffen; prout verba innuunt in iuribus Argentinensium anno 1628. contra Episcopum & Capitulares edit. apud GASTELIVM *p. VI. d. stat. publ. Europ. cap. XXXII. n. 26. pag. 938.* In eadem causa Caesarea Maiestas tunc temporis nouam Commissionem decreuit, und vermittelst selbiger die gütliche Abtretung der dreyen in gemeldter Stadt Straßburg gelegener Pfarr-Kirchen, des Münsters, jungen und alten St. Peters, allergnädigst suchen und begehren lassen. Ceu commemorat die anderweite der Stadt Straßburg Ausführung und Deduction-Schrifft *apud* GASTEL. *d. l. p. 945.* similiter: als Ferdinando I. in Nahmen und von wegen des sämtlichen Benedictiner-Ordens Bursfelder Congregation, angebracht worden, was Gestalten, neben andern Geistlichen Stifftern und Clöstern, auch das Closter Sanctorum Mauritii und Simeonis Benedictiner-Ordens bey Münden gelegen, so wohl an Kirchen-Schatz und Gezierd, als andern beweg- und unbeweglichen Gütern, auch Jährlichen-Einkommen dermassen abgenommen, daß die jetzige Structur mit der vorigen nicht zu vergleichen, und der Zinsen und Renthen zu Verrichtung des üblichen Gottes-Dienst nicht zulangen, und deswegen wider die Unbilligkeit der dringenden Creditorn Se. Majestät angelaugt worden, haben also dieselbe, als oberster Schutz-Herr und Aduocat der Geistlichkeit, denenselben mit Kayserlicher Hülff zustatten zu kommen, dero Commission an den damahligen Chur-Fürsten zu Cölln Ferdinandum den 5. May 1627. ergehen lassen. Aliis commemorandis Commissionibus in causis Religionis supersedemus, cumprimis quod plures controuersiae per *art. V. Instruct. pac.* §. *2.* fuerint sopitae finemque acceperint. Illud hic addam, in causis Religionis aliquando ad Principes Imperii recurri, quo Commissarios ad amicabilem compositionem, um die Streitigkeiten in der Güte zu entscheiden, und in Richtigkeit zu bringen, decernant, velut anno 1611. a Ciuibus des Königlichen Stuls und

artic. V. §. *54. & 56.* ibi: *causis Ecclesiasticis & Politicis.* iuncta Ordinatione Iudicii Imperialis Aulici *Tit. 2. pr.* R. A. de anno 1544. §. welche Stände aber 89. & R. A. de anno 1654. §. Nach Berathschlagung 124. (vbi ratione Camerae & de reuisorio in spiritualibus in Geistlichen und Religions-Sachen, eiusque effectu suspensiuo nondum sublato disponitur) GAILIVS *I. Obseru. XXXVII. n. 5.* GREVEN ad Eund. *Concl. 37. Consid. VI. ibique allegati.* BRVNNEMAN. *ad l. 3. C. n. 8. & seq. de Iudic.* Neque etiam si causa Matrimonialis Protestantium quem tangat, v. c. si de vinculo inter Coniuges soluendo agatur, Caesar cognitionem a se amoliri, sed potius Commissariis Euangelicis committere solet. vid. MYLERVS *de Princip. & Stat. Imper. cap. XX. n. 20.* Et tamen, vtcunque hanc Iurisdictionem in Geist- und Weltlichen Sachen Iudicio Imper. Aulico allegati textus expresse deferant, eandemque ANTONIVS COLERVS *de Iur. Imper. Germ. sect. XXXVI.* in genere & in specie quoad matrimonialia A. C. addictorum adstruat Dn. TEXTOR. *q) Disp. I. ad* R. A. *de*

Stadt Aach factum est. v. GOLDAST. in Politischen Reichshandlungen *P. 1. p. 9.* Quo fere pertinent pacta singularia inter Elect. Brandenburgicum & Ducem Neoburg. sub dato Cleve 11. Octobr. 1651. quibus exhibetur: beliebter Modus, wie man über das Kirchen- und Religions-Wesen in den Jülich- Clev- und Bergischen Landen vor der Röm. Kays. Majest. Ihren verordneten Commissarien, adiungendis ex Statibus Imperii ibi nominatis, procediren wolle, ap. d. GASTELIVM *P. IV. cap. IX. p. 425. seqq.*

q) Qui a parte Protestantium nil eius Iurisdictioni in causis matrimonialibus obstare ait. Videlicet, Pontificis tantum iurisdictio per Transactionem Passauiensem suspensa est, Caesaris nec suspensa est, nec suspendi potuit. Indeque videtur cognitionem in causis matri-

de anno 1654. thes. 74. seqq. nihilominus Proteſtantes (Catholicis conniuentibus Imperatoribus *r*) ſponte Pontifici ſe ſubmittentibus,) cognitionem Caeſaream deprecari conſueuerunt, prout etiam eam non agnoſcunt LIMNAEVS *lib. IV. J. P. c. 8. n. 90. seqq.* REINKING. d. R. S. & Eccleſ. *lib. III. Cl. I. c. 10. n. 32.* BLVM. *in Proceſſ. Cam. Tit. XLIII. num. 15.* Vt adeo quid eo caſu, vbi renuente altera Parte Commiſſarius Imperatoris Commiſſioni inſiſtit, dicendum ſit, noſtrum ſuſpendamus iudicium. Prout nec nobis liquet, quis tandem Iudex, aut quod forum competens? Quod ſi enim MAEVIO *ad Ius Lubecenſe lib. I. Tit. IV. n. 48.* ZIEGLERO *ad Prax. Caluol. §. Auſtregae Concluſ. 2. n. 1. seqq.* & LIMNAEO *d. l. n. 96.* Auſtregis ſub generali regula in *O. C. P. 2. Tit. 4.* verb. **Warum oder was Ursachen das wäre rc.** cauſae matrimoniales commiſſae dici poſſunt, ita nec quo minus, ſi illae ceſſent, aut vim ſuam exercere nequeant, aut vero inique proceſſerint, ab iisdem ad Caeſarem aut Cameram (quam tamen recte a Cauſarum Matrimonialium cognitione excludit RVLANDVS *P. I. de Commiſſ. lib. II. cap. 3. n. 2.*) prouocari, & a Caeſare illarum iuris-

monialibus veluti poſtliminio quodam rediiſſe, cum & illam olim habuerint Imperatores, prout oſtendunt tot. tit. ff. & C. de ſponſal. de rit. nupt. de diuortiis & repud. vid. KLOCKIVS *Conſ. 58. n. 375.*

r) Dum (ex praeſuppoſito erroneo) ad Reſeruata Pontificis manus extendere non cupiunt. Alias vti ad Caeſarem vniuerſalis in Imperio Iurisdictio pertinet, ita ipſum lites cauſarum quoque Matrimonialium non ſolum inter Proteſtantes, (modo ex iuribus, quae Canonum emendationem ſequiori tempore attulerunt, diiudicare vellet, inſtr. Pac. art. VIII. §. 4. in fin.) ſed & Pontificios ſuſcipere, & Iurisdictionem integram authoritate Pontificum imminutam reaſſumere poſſe, cum Dn. TEXTORE *d. l.* multi non dubitant.

iurisdictio esse debeat ratio non apparet. Videbatur itaque multis, cum superiorem non agnoscens, coram suis Consiliariis conueniri possit, *arg. l. 14. ff. de Iurisdict.* C. G. O. *Part. 2. Tit. 4.* §. dieselben neun Räth. BRUNNEM. *ad d. 4. l. 14.* etiam de Principe Imperii Protestante in Ecclesiasticis, quem talem post suspensam Iurisdictionem Ecclesiasticam (per Transactionem Passauiensem *anno 1555.* §. damit auch 20. in subsequentibus Imperii Comitiis *v.* R. A. zu Regenspurg *de anno 1557.* §. So haben wir *8. item de anno 1559.* §. dieweil aber 5. & Instr. Pacis *art. 5. §. 1.* repetitam) esse inualuit, idem dicendum esse, vt coram suo Consistorio & vbi tale quodpiam penes Statum vnum alterumue non existit, coram Consiliariis & Ministerio conueniatur. WEBER. *de Consistor. cap. 48.* quippe quod Princeps non supra Presbyterium, sed pro membro potius eiusdem habendus sit. CARPZ. *lib. 3. Ipr. Consistor. Tit. 1. def. 1.* Enimuero hic modus in Paribus, qui controuersiam suscipere, non procedit. *arg. l. 4. ff. de recept. arbitr. lib. 13. §. 4.* ad SCtum Trebell. vid. TABOR in BARBOS. *Locuplet. lib. XIV. c. 3. Axiomat. 5.* ceu nec Princeps vllam Iurisdictionem in vxorem tanquam personam immediatam, saltim per coniugium vt sociam, exercere potest: MYLER. *Gamol. c. VII. §. 23. & 24.* Adeoque illum, vt & Arbitros (quibus causarum Matrimonialium cognitionem deferre cap. pen. X. de in integr. restit. Protestantes prohibere non potest.) suadere certe, sed parti inuitae *s*) imperare non licebit. Caeterum quin etiam

s) Proinde non modo aliquando aduersus Consistorium N. N. coram quo Serenissimus N. N. coniugem suam ex causa desertionis

etiam Camera non tantum in possessorio, (vtut & hoc non minus ad Iudicem Ecclesiasticum de iure Canonico pertineat, *c. 13. X. de restit. spoliat.*) sed & pluribus aliis casibus quoad matrimonialia *t*) adiri, Commissariique in iis impetrari possint, ambigendum non est.

§. XI.

Verbo vt me nunc expediam, Commissarii peti constituique possunt a Caesarea Maiestate in omnibus causis, quarum cognitio ad eam in supremis Tribunalibus pertinet, seruato tam quà Mediatos quam Immediatos instantiarum ordine. *u*) Secus omne,

conuenire tentauit, inhibitionem Caesaream omissam esse, constat ex Diar. Europ. p. 2. p. 548. sed & idem in causa fuit, quare modum illum Consistorii per proprios Consiliarios, quibus a Parte altera impetrari posse videbatur, non admittendum censuit Serenissima illa Principissa in Diar. Europ. *d. l. p. 545.* ibi: Nachdem Uns fürkommen, daß Unser freundlich geliebter Herr Gemahl in Unserer Mißverständniß einige dero Ministros vermeintlich zu Richtern constituiret, iunct. *p. 594.* Dieser vermeinten Richter Iurisdiction auf keinerley Weg fundirt seyn können, *&* *pag. 548.* noch weniger aber in propria causa, da Sie Partheyen Stelle vertreten, zugleich Iudex seyn, noch die Iurisdiction, so Sie selbst nicht haben, demandiren können.

t) Ita cognoscit illa, si personae litigantes sint Camerales. REINKING *lib. III. de R. S. & E. Cl. 1. c. 10. n. 28.* si non principales personae de vinculo matrimonii; sed tertius aliquis forte ad effectum legitimationis & successionis de matrimonio disceptet: Aut de sequestranda puella, item dote, saeuitia mariti, alimentis & aliis, quae causas matrimoniales attingunt, agatur. RODING. *lib. 1. Pandect. Cam. Tit. 31. n. 5.* BLVM. *Tit. XLIII. n. 17.*

u) Saltim regulariter. Studiosis quippe, omisso quolibet intermedio Iudice, veluti Rectore, ad Caesarem prouocare licere, verius est,

omne, quod a Commiſſario geritur, nullum aut attentatum erit: quia defectus Iurisdictionis omnium fere maximus, & inſanabilis. VANT. *de Nullit. Proceſſ. Tit. de Nullit. ex defect. Iurisd. num. 6.* Referens apud DECKHERR. *in Vot. Cameral. Relat. 1. num. 3.* Neque enim Imperator, licet Status non modo Vaſalli, ſed & ſubditi eius & Imperii ſint, cauſas in ipſorum Iudiciis pendentes, decernendo Commiſſiones, turbare aut ad ſe pertrahere poteſt. *x)* vid. C. G. O.

de ao.

arg. Auth. Habita C. ne filius pro patre. MATTHIAS STEPHAN. *lib. III de Iurisd. p. 3. c. 12.* & SCACCIA *qu. VII. d. Appell. n. 102.* Quale quid etiam Pupillis, Minoribus, parte Orbatis, Viduis, Virginibus etiam locupletibus, contra diuerſi generis perſonas non aeque priuilegiatas indulgetur. v. omnino RODINGIVS *lib. 1. pandect. Camer. Tit. XX. §. 6. ſeqq.* Quanquam enim legem *un. C. quando Imper. int. Pupill. & Vid.* non amplius obſeruari, eiusque beneficio non frui Viduas immediatas in Imperio GAILIVS I. *Obſ. 1. n. 40.* tradat; Tamen pro vſu dictae legis pugnat. *c. 15. X. de for. compet.* NEVENHAN *Memb. III. d. Iur. Vid. ſect. 5. fol. 100.* BERNARDVS GRAEVEN *Pract. Concluſ. lib. 1. Concluſ. 1. n. 4. & ſeqq.* Nec tantum Pupillis etiamnum viam iſtam patere RVLANDVS docet, *P. IV. de Commiſſar. Lib. VIII. c. 1. n. 17.* ſed etiam vſu moderno Viduas Illuſtres, praecipue in dotis repetitione, vel in conſtituendo dotalitio preſſas, ad Imperatoriam Maieſtatem recurrere, & hanc Commiſſiones decernere ſolitam eſſe, obſeruare aliis licuit. Quod ſi vero Vidua in Commiſſionem ab altera parte hunc in modum impetratam: dieſelbe ex officio zur Güte, in Entſtehung aber zum Recht auf N. N. als Commiſſarium Ordinationis zu erkennen conſenſerit, Proceſſus a Commiſſario inſinuatos receperit, iis moram geſſerit, litemque conteſtata fuerit, ita exceptionem fori priuilegiati deinceps obiicere inopportunum videtur.

x) Eſtque falſiſſima illa traditio quorundam, quod ſi Imperator in Status cuiusdam territorium veniat, Iurisdictio Status quieſcat, apud KNIPSCHILD. *lib. 2. d. Iur. Ciu. Imp. cap. 33. n. 45.* Siquidem

de ao. 1495. Rubrica: die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen. *Reform. Wormat. de anno 1521. Tit. XXX.* C. G. O. *Part. 2. Tit. 1. §. 1. & Tit. 8. §. 15.* Tum & praecipue Capitul. Imperatorum, Car. V. *art. 15*, atque Ferdin. I. *art. 14. ibi:* mit rechtlichen oder gütlichen Tagleistungen von ihren ordentlichen Richtern nicht dringen, erfordern oder vorbescheiden ꝛc. & Ferdinandi III. *artic. 17.* bevorab auch bey der ersten Instanz; nec non inuictissimi Dn. Leopoldi *art. 18.* vbi: die Stånd und deren Unterthanen von ihren ordentlichen Richtern nicht dringen, erfordern oder vorbescheiden, & porro: mit keinen Commissionen, Mandaten und andern Verordnungen, darwider beschweren oder eingreiffen, noch auch durch den Reichs-Hoff-Rath und das Cammer-Gericht eingreiffen lassen. Consonat die R. H. O. *Tit. 2.* §. Wir befehlen auch. verb. Mittel- und unmittelbaren Unterthanen Priuilegia der ersten Instanz unberůhret verbleiben lassen, damit auch durch Mandata, NB. Commissiones &c. niemand beunruhigen oder beschweren, sondern in Erkåntnůß der Process, auch Annehmung der Appellation, sich den gemeinen Rechten, Reichs-Abschieden, und wohlverordneten Satzungen ohne Verletzung der Stånd Privilegien gemåß verhalten. Male ergo Modestinus PISTORIS *Volum. 1.*

quoad vtilitatem & exercitium Iurisdictionis Imperator Statibus abdicatiue contulit; vtut quoad vim internam dependens & subordinata sit. Quare &, reseruata sibi suprema illa inspectione, & Iurisdictione, non tantum intercedit in casu denegatae Iustitiae, R. A. de anno 1529. §. und nach dem, sed & eadem quoque vtitur per ordinem instantiarum, nec non in caussis, quibus fori supremi Iurisdictio legibus publicis fundata est, confer KNIPSCHILD, *d. l. n. 11. seqq.* & REINKING. *lib. 1. d. R. S. & Eccles. Cl. 5. c. 7. n. 6. 21. & seqq.*

Conſ. XXX. da von der Kayſerl. Majeſtät Commiſſarien erlangt würden, achte ich davor, daß dann die V. obwol nicht unterlaſſen würden ſich zu unterſtehen forum zu decliniren, dannoch zu Recht mit ſolcher Exception nicht fortkommen möchten, ſondern derſelben unerachtt vor denen Kayſerl. Commiſſarien zuſtehen, und ſich einzulaſſen ſchuldig. Rectius Exceptionem fori litisque pendentis Commiſſioni Caeſareae opponi poſſe docet CARPZOV. *3. Dec. 220.* & *Tit. IX. Proc. Iur. Art. 3. §. VIII. Notab. 1. n. 92. & ſeqq.* Simili plane ratione ob praeuentionem in Camera inductam *y*) ab Aula deinde

y) Inducta vt cenſeatur ratione Actoris, ipſum citationem aut Monitorium impetraſſe oportet, quamuis neutrum illorum inſinuatum fuerit. v. BLVM. *Tit. XXV. Proc. Cam. n. 53.* GRAEVEN. *Lib. 1. Concl. 29. Conſid. 2.* Idem dicendum videtur, ſin forte Actor in Aula cauſam committi cum decreto citationis cognouerit. Ratione Rei ne quidem notitia citationis decretae, aut Commiſſionis cauſae ſufficit, ſed citationis eidem facta requiruntur inſinuatio. R. H. O. *Tit. 2.* §. So wollen wir, *ibi:* wann nemlich ſolche Sachen allbereit daſelbſt durch ausgewürckte und inſinuirte citation anhängig gemacht, adde CARPZ. *Tit. IX. Proceſſ. art. 3. n. 43.* Quid vero ſi literae pro informatione Iudicis, Bericht-Schreiben, impetratae & inſinuatae fuerint? Illis itidem induci litis pendentiam, tradit Dn. MAVRITIVS, *diſſ. de Iudic. Imp. Aul. th. 14.* quod iis datis Iudex iam de cauſa cognoſcere coeperit, & hae literae implicite citationem contineant. Illud in Commiſſario Caeſaris annotandum eſt, quod quidem per nudam cauſae delegationem Imperator Cameram praeueniſſe cenſendus non ſit, interim hoc in Commiſſario Caeſaris peculiare ſit, quod niſi a Camera iam decreta & inſinuata fuerit citatio, per ſolam ab eo decretam citationem, vtrinque, a parte Rei & Actoris, praeuentio inducatur, (adhibe BLVM. *Tit. cit. num. 57. & ſeqq.* ibique GYLMAN.) Niſi forte Reus priuilegium fori electionis habeat. Quale, praeter Regem Sueciae quoad Ducatus ſuos in Imperio, (vid. Inſtrum. Pac. *art. X. num. 5. §. 12.*) Sereniſſimis etiam Ducibus Brunſuicenſibus & Luneburgenſibus competit, qui intra duos

deinde Caesarei Commissarii ad hanc ipsam causam impetrari nequeunt. *vid.* C. G. O. *P. 2. Tit.* daß dem Cammer-Gericht sein starcker Lauff gelassen werden soll. *XXXV.* R. A. *de anno 1654.* §. ebenmäßig sollen im *166.* Iung. Vot. Antiwackerian. ap KLOCK. *Relat. CLXVI. num. 55. seqq.* Quare in celebri causa Friedberg contra Friedberg, vbi Burgum, oder die Burgk, lite in Camera pendente, non modo anno 1608. in Episcopum Wormatiensem & Dn. de Schoenburg, ab Imperatore Rudolpho II., sed & huius in Imperio Successore Matthia alteram Commissionem, auf Chur-Mayntz und Darmstadt impetrasset, a Ciuitate Friedberg exceptio praeuentionis & litispendentiae, vtcunque Commissio non ipsam litem in Camera, sed tantum punctum ei incidentem, maxime tamen praeiudicialem, concernebat, ob continentiam causae obseruata seu opposita est. vid. omnino Summarischer Bericht, in der Sache zwischen der Burg und Stadt Friedberg rc. Iunctis tribus Responsis Iuris a ICtis Giessensibus, Marpurgensibus, & Argentoratensibus, aduersus executionem Commissionis atque Decreti, proque remittenda causa ab Aula ad Cameram apud GASTELIVM *de Stat. Publ. Europ. Part. VI. cap. XXXII. num. 83. pag. 1160. vsque ad 1193.* Item Copia Schreibens von des Cammer-Gerichts Vice-Praesidenten und Beysitzern, den 18. Nov. 1653. samt Beylag sub lit. A. & B. die Litispendenz der Graffschafft Pyrmond betreffend rc. ap. eund. *P. V. cap. XXXI. n. 91. p. 879.*

menses liberam declarationem habent, an in Camera, num vero in Iudicio Aulico conueniri malint? teste Notat. apud RODING. *lib. 1. Pandect. Cam. Tit. XX. p. m. 322. & 328. seqq.*

§. XII.

Ad Commiſſarium ſiue in Aula ſiue in Camera conſtituendum requiritur perſona habilis. *v.* **C.G.O.** *P. III. Tit. XVI.* §. 4. **R. H. O.** *Tit. 2.* §. **wann nun** ꝛc. Et in genere non ſecus ac Iudex, habilis nobis Commiſſarius dicitur, qui nec lege nec natura prohibetur. Inhabilis enim natura ob vitium corporis eſt ſurdus & mutus, praeprimis in Commiſſionibus ad examinandos teſtes, *arg. l. 12. §. 2. ff. d. Iud. l. 9. C. eod.* quo & coecum referimus, qui vtcunque Iudex eſſe, (v. Dn. STRUVII *S. J. C. Exerc. IX. th. 10.*) Commiſſarius tamen, ſaltim in cauſis ocularem inſpectionem deſiderantibus eſſe non poteſt. Ob animi defectum arcebitur a Commiſſione furioſus, vt & impubes, *d. l. 12. §. 2.* Lege ac moribus deſideratur, vt Commiſſarius non ſit haereticus, *arg. l. 4. C. de haeret.* non excommunicatus *c. 24. X. d. ſent. & re iud.* non Iudaeus *l. vlt. pr. C. d. Iudae.* non Senatu motus *d. l. 12. §. 2. d. iudic.* non Bannitus aut quauis ratione infamis, PEREZ. *in Cod. Tit. d. iud. n. 4.* Reiiciuntur & Mulieres, *d. l. 12. §. 2.* niſi quod Illuſtres, quae iudicandi poteſtate funguntur, non minus etiam Commiſſiones ac arbitria recte ſuſcipiant, *arg. c. 4. X. d. arbitr.* vid. RVLAND. *P. I. de Commiſſar. lib. I. cap. XXIX. n. 6. & ſeqq.* Caeterum de Commiſſarii Requiſitis *z)* Natalium,

z) Inter quae vnum adhuc maxime neceſſarium, nimirum, iuramenti vinculum deſiderat & exoptat GYLHAVS. *cap. VI. Arb. Iudic. Ciu. P. II. art. II. §. 1. n. 2.* In Iudicio quidem Rottvvillano ex Reformatione Maximiliani II. ad omnes cauſas ſeu examinationes Teſtium debent eſſe duo ordinarii Commiſſarii iura-

talium, animi dotibus, ingenio, memoria, complexione, corporis forma, constitutione, aetate, artibus, doctrina, Iurisprudentia (vti Christoph. Besoldus in Templo Iustit.) eloquentia, arithmetica, Geometria, & vt sit virtuosus, iustus, sapiens, fortis, temperans, liberalis, taciturnus, diligens, item de eius experientia, exercitatione, de grauitate & reputatione, cum operose RVLANDVS egerit, *in P. I. de Commissar. & Commiss. lib. 1. a cap. 7. vsque 29.* ad eum prouocasse suffecerit.

§. XIII.

Specialiter habilis dicitur Commissarius, si in causa, quae in specie ei committenda, suspectus non sit. Quodsi enim in vllo, sane in supremis Imperii Tribunalibus, sine omni suspicione procedi debet. Adeoque etiam cum in aliis inferioribus Iudiciis tam Iudices ordinarios quam delegatos *a*) recusare liceat,

ti; in modicis tamen causis in geringschätzigen Sachen, ad vitandos sumptus partes litigantes solent petere proximiores Archigrammateos, Stadtschreiber, vel Notarios in deputandos Commissarios, qui iuxta Reform. Ordin. *p. 1. Tit. XIV.* si nihil aliud obstet, admitti debent; ,, Nec in iis etiam exactio iuramenti requiritur, quia de hoc nihil in Reformatione dispositum est, adeoque stylo Imperii communi res relinquitur. Ita etiam iuramento non obstringuntur Assessores, Procuratores & aliae Dicasteriales personae, si Commissarii nominati deputatique fuerint, Zimmern *p. 1.* Manual. ROTTVVILL. Quod *lib. IX. p. 56. & seqq.*

a) v. l. 16. C. de iudic. ibique IOH. IAC. VVISENBACH. *pag. 350. l. 10. ff. d. iurisd. l. 4. C. eod. c. quod suspecti 3. q. 5. c. 4. & 10. de for. compet.* Dn. STRVV. *Exerc. IX. th. 11.* Quamuis hodie ordinarios simpliciter recusari posse, minus receptum sit, teste Dn. ZIEGLERO *in Dicast. Concl. 14. §. 5.* dum potius Iudex superior

liceat, tanto magis (ſuo tempore & modo) in Commiſſariis Camerae (par ratio ab Aula deputatis vid. KLOCKIVS *Vol. 2. Conſ. 17. n. 62.*) ſuſpicionem attendendam eſſe, cenſent RVLANDVS *P. I. de Commiſſar. lib. II. cap. XV. lit. b.* STRAVCHIVS *in Exot. Diſſ. XIII. theſ. 14.* Cauſatur vero eam imprimis affinitas, *c. 18. cauſ. 3. quaeſt. 9. l. 5. pr. d. iniur.* BARBOSA *ad c. 36. d. appellat. n. 1. & 2.* modo in continenti ea probari poſſit, (RODING. *lib. III. Pandect. Cam. Tit. XIV. §. 29.*) & vtrique parti non ſit aeque coniunctus. Par enim affectionis cauſa tollit praeſumptam ſuſpicionem, *l. 67. §. 1. ff. d. rit. nupt.* Pariter inimicitia *l. 9. pr. ff. d. lib. cauſ. c. 41. §. tertio poſtulas X. de appell.* nec non amicitia, quae intercedit conſtituendum Commiſſarium cum alterutro ex litigantibus, in quorum cauſa Commiſſio decreta eſt. *c. 10. de Reſcript.* Porro legitimam ſuſpicionis cauſam praebet, ſi vnus ex litigantibus Commiſſarii fuerit Collega *c. 34. X. d. offic. delegat.* aut ſicubi ad eum aliquod emolumentum litis ſiue directe ſiue indirecte pertingat. *arg. l. 17. ff. d. iudic. l. vn. C. ne quis in ſua cauſ.* WVRMS. *l. 1. Tit. 1. obſ. 5. n. 2.* Add. MEV. *P. 1. Dec. 103. n. 1. & P. 2. Dec. 77.* Idem dicendum videtur, ſi quis ſimilem cauſam habeat illi, quae ei ab Aula ſi non decidenda, ſaltim cum voto (ſcilic. poſt tractationem eius) referenda committitur, *Arg. c. 18. X. d. iudic.* conf. BRVNNEM. *ad l. 16. C. de iudic. num. 2.* KLOCK. *in Vot. Cam. Relat. CLXVII.*

deſuper imploratus per Commiſſarios cauſam tractari & decidi iubet, vel ſaltim ſuſpecto Iudici alium adiungit, qui eum in terminis iuris & iuſtitiae detineat CARPZOV. *Tit. 3. proceſſ. art. 4. n. 89. & 90.*

CLXVII. n. 3. & 4. Dominus quoque vel superior impetrantis, aut qui huic iuramenti subiectionisque vinculo deuinctus est, non omni exceptione maior est, *arg. c. 17. X. de offic. deleg.* vid. RODING. *d. l. num. 29.* BLVM. *Tit. 73. n. 36.* MAEVIVS *P. 9. Dec. 18.* Illud ambiguum est, an Ciuitas aut integrum alliquod Collegium vt suspectum recusari possit? Et plerique posse concedunt, si in Collegio vniuersis, non singulis oder etlichen aus ihrem Mittel, Imperator vel Camera committere velit, dummodo illo casu causa aliqua allegata sit, quae singulos aut maximam eorum partem euidenter suspectam reddat. vid. BOERIVS *Decis. 269.* RVLANDVS *P. I. lib. II. cap. XV. lit. d. & lib. III. cap. V. n. 25.* Colleg. Argentor. de Exception. *thes. 109.* De aliis causis suspecti VMMIVS *ad Process. Disput. 1. n. 54.* ZANGER. *de Exception. P. 2. cap. 4.* Et in specie de Commissariis suspectis & recusandis praeter allegatos MYNS. *3. obseru. 29.* & FABRITIVS *ad Eund. p. 270.* Illud hic memorandum venit, quod in Aula Imperiali in causis, quae intercedunt solos A. C. Addictos, Commissarii quoque Euangelici, quae Catholicos, Catholici, quae Protestantes vero & Pontificios, in illis vtriusque religionis pares denominari debeant *b*) vid. omnino die verneuerte R. H.

b) Sine dubio occasione querelarum Statuum Vnitorum ap. LIMN. *Lib. IV. Iur. Publ. cap. 8. n. 36.* ibi: So hat auch die Erfahrung bis daher gegeben, daß zu dergleichen Commissionibus entweder lauter Römisch-Catholische Commissarii verordnet, (wie vor diesen der Stadt Aach, Hagenau, Dünckl-Spiel, Kauffbäuern, Weil und andern mehr wiederfahren,) oder rc. sed obseruantiam Ordinationis Imperialis Aulici atque Instrumenti Pacis qua pari-

R. H. O. *Tit. II.* §. wann nun Instrumentum Pacis *art. V.* §. 54. Num vero eadem paritas in subdelegatis Austregarum Commissariis requiratur? superioribus annis, lite inter Electorem Moguntinum & Palatinum orta, disputatum fuit, resque nondum decisa est; vid. Chur-Pfaltz. Memorial an der Evangelischen Churfürsten und Stände Gesandschafften bey der Reichsversamlung, die Strittigkeit mit Ihr. Churfürstl. Gn. zu Maintz, wegen Pfedersheim, und deshalber verlangte Religions-Parität betreffend. Item Extract-Schreibens Chur-Maintz an Herrn Teutsch-Meister zu Mergenheim sub dato Würtzburg, 15. Octob. 1670. Porro, gründliche Ableinung desjenigen, was Ih. Churfürstl. Gn. von Maintz uff des Pfaltz-Grafen Churf. Durchl. angeführte Ursachen, warum Ih. Churfürstl. Durchl. unter den subdelegirten Iudicibus Paritatem Religionis verlangen müssen, verwenden. Nec non Electoris Palatini literas ad Imperatorem sub dato Heidelberg den 11. April. 1671. apud Dn. FRITSCH. *in Tom. III. Addit. ad Lamn. lib. IX. Iur. Publ. cap. V. n. 76. p. 430. seqq.* Singulare & illud est, quod Procuratores Iudicii Cameralis, Protonotarii, Notarii, Lectores, aliaeue similes personae, ne a suis officiis detrahantur, Commissarii constitui non debeant. C. G. O. *P. 3. Tit. 16.* §. 5. Nisi quod eo casu, quo

tatem Commissariorum testari quodam modo potest ciuitas Patria dum in anno 1654. a Ferdinando III. Imperatore Gloriosae memoriae in controuersiis, quae illam atque Episcopum totumque Clerum Ratisbonensem tum temporis intercedebant, Commissio decreta est in Episcopum Euchstettensem & Consules atque Senatum Noribergae. v. Abdruck der in anno 1654. aufgerichten Commissions Haupt- und Neben-Recess.

quo testes iurisdictioni Camerae subiecti examinandi sunt, praeter Proto- vel Notarium Camerae nemo alius ordinetur Commissarius teste BLVMIO *Tit. LXXIII. Procesf. Cam. n. 15. & 16.* Similiter Assessores Camerae regulariter nec ab hac nec ab Aula Commissionibus grauandi sunt. C. G. O. *P. 1. Tit. 6.* §. *1. c)* sed quoad Consiliarios Imperiales Aulicos tam praxis quam dispositio der R. H. O. *Tit. 1.* §. *4.* aperte recedit, *d)* vtut hoc ipsum sua quoque habeat incommoda, vide HERDENVM *Part. 3.* der Grundfest *cap. V. pag. 271.*

§. XIV.

Modus constituendi Commissarium tam in Aula quam Camera Imperiali duplex est, vt vel detur is ex officio Iudicis, *e)* vel ad instantiam electionemque Partium: Ille quidem magis in illo frequentatur Iudicio,

G 2

c) Diuersa iudicatorum exempla, quae DECKHERR. *in Not. Illustrant. ad hunc l. pag. 206.* allegat, antiquiora sunt ac ipsa Ordinatio Cameralis de anno 1555. quanquam in recentioribus binas ibi designatas a regula exceptiones admitti posse, non negandum sit.

d) Exemplum Commissionis Caesareae auf Hermann von Questenberg, Freyherrn, Johann Heinrich Notthafft, Freyherrn zu Werenberg, und Hans Ulrich Hämerl, alle drey Reichs-Hoffräth, & Patria mea in anno 16. - - - noua suppeditatque in Actis Commissionis typis expressis *pag. 5.*

e) Quod Oldendorpio definitur *in Praefat. Class.* per ius quod ad dirimendas lites tollendaque grauamina quomodo libet secundum aequitatem exercetur, vt per hoc omnium tranquillitati priuatim & publice consulatur. Add. TABOR ad Barbos *lib. IX. cap. 88. axiom. V.* vbi quod hoc officium saepius interponat Iudex quamuis non imploratus.

dicio, nec tamen in hoc est infrequens, imprimis vbi de Commissario Partes conuenire non possunt, & in aliis pluribus casibus, quos exhibet RVLANDVS *P. I. lib. II. c. 28. n. 2. seqq. & lib. II. c. IV. n. 5. seqq.* Iung. BLVM. *in sent. Cameral. Num. 689. & 633.* MEV. *8. Decis. 128. & 3. Dec. 244.* Ea autem Iudicii Imperialis Aulici praerogatiua est, quod statim ab initio ad integram causam (nunquam vero Camera; nisi ad amicabilem compositionem, prout exempl. apud BLVM. *d. l. num. 778.*) Commissarios Imperiales decernere possit. *f*) Et quanquam Caesarea Maiestas Eiusque Iudicium Aulicum Commissariis suis non facile decernendi, sed vnice cognoscendi potestatem deleget, atque desuper, cum vel sine voto, referre iubeat, tamen quod illam delegare interdum soleat, innuit Dn. MAVRITIVS *de Iudic. Aul. thes. 23.* Caeterum non modo dantur Commissarii ad processum viamque iuris, zum Recht, verum etiam ad amicabilem compositionem zur Güte. *g*) Imo illo in casu vt

f) Erneuerte R. H. O. Ferdinand. III. *Tit. II.* §. und weil auch ferner, ibi: bey Uns von Alters wohl hergebracht, daß Wir zu mehrer Beförderung der Iustiz, und Rettung der Betrangten, in Sachen, so ohne das in prima instantia bey Uns anbracht und erörtert werden können, oder da Wir als unmittelbarer Ober- und Lehnherr angeruffen werden, oder sonsten anderer Umständ halber vor Uns als Röm. Kayser gehörig, Commissiones zu Verhörung der Sachen allein ausgehen lassen, so förderst zu Unserm Kays. Ausspruch an Unserm Kayserl. Hoff remittirt und übersandt werden; Als thun Wir Unserm Kayserl. Reichs-Hoffrath in ob specificirten Fällen dergleichen Commissiones hinführo zu erkennen vorbehalten.

g) Prout Caesarea Commissio zu gütlicher Hinlegung etlicher

vt prius illi concordiam tentent, instrumentis Commissionum plerumque inseri solet. Formulam committendi ad cognoscendam causam, zur Verhörung der Sachen, qua facultas datur Commissariis procedere vsque ad sententiam, hunc in modum conceptam vidi: daß Sie die Partheyen in ihren Vorbringen gegen einander anhören, aller Sachen Bewandnüß erkundigen, und, da möglich, solche in der Güte vergleichen, auch, falls selbige nicht statt finden thäte, alle Acta samt ihren Bedencken Ihrer Kayserl. Majestät zum rechtmäßigen Entscheid überschicken sollen. Exemplum Commissionis Caesareae zur Güte, ad amicabilem compositionem, hac vero cessante ad immissionem bonorum reliquorum cum voto, exhibet FABRITIVS *ad Mynsing. p. 269.* Illud hic disquiri potest, an Commissarius eiusmodi, a Sacra Caesarea Maiestate ex officio, Krafft Kayserl. Amt, & imprimis si cum Cl.

Nachbarlicher Spenn- und Irrungen, quae tum Episcopum Ratisponensem caeterosque ibi tres Imperii Status totumque Clerum ab vna; ac Consulem atque Senatum ab altera parte intercedebant, in Episcopum Eichstettensem & Ciuitatem Noribergensem a Ferdinando III. decreta est. v. Abdruck des zwischen gemeiner Löbl. Geistlichkeit und des H. Reichs freyen Stadt Regenspurg, in Anno 1654. aufgerichten auch von der Röm. Kayserl. Majest. allergnädigst confirmirt- und verpönten Haupt-Recess in prooemio. Idem factum est in controuersiis zwischen Rath und Bürger zu Lübeck, teste Recessu Commissionis de anno 1669. in prooem. apud GASTEL. *d. Stat. Publ. Europ. P. VI. c. XXXII. n. 31. p. 998.* Nec non zwischen Churfürstl. Durchl. zu Cöln und dero Erb-Stifft eins und Bürgermeister und Rath andern Theils, *Anno 1672. vid. ap. Eund. d. l. n. 16. pag. 919.* Friedens- und Vergleichs-Puncten, wie auch Neben-Recess in prooem. &c.

recusatione remota datus, adhuc recusari possit? & affirmatiuam plerique tuentur, vid. MYNSING. *III. Obs. XXXIII. n. 4. & seqq.* adde RVLAND. *P. I. lib. II. c. XV. n. 2. & c. XXVIII. lit. g.* vt & ZASIVM *in l. 16. C. d. Iudic.* quasi recusatio suspecti sit iuris naturalis. Dn. ZIEGLERVS *Dicast. Concl. 13. §. 1.* Verum cum possit Princeps iudicem dare, ne ab eo prouocare liceat. *l. 1. §. vlt. ff. a quib. appell. non lic.* a Commissariis vero Caesareis, quacunque ratione, dum causa cognoscitur, decretis, iussibus alioue actu Partes grauent, appellatio ad Aulam Caesaream, vel ad ipsum quoque Augustissimum Camerae Iudicium, supersit; alii negatiuae subscribunt. Interim saltim in dubio de suspicione leui & friuola Cl. Imperator intellexisse censebitur, cum eiusmodi Rescripta stricte, nec de plenitudine potestatis extraordinaria accipienda sunt. vid. HIPP. DE MARSIL. *sing. 292.* ZANGER. *de except. part. 2. cap. 4. num. 12.*

§. XV.

A Partibus vbi implorantur Commissarii, id nunquam in Aula oretenus, (prout in Camera regulariter, teste RVLANDO *P. I. de Commissar. lib. II. cap. VI. num. 3.*) sed in scriptis fieri, ratio manifesta apud Dn. MAVRIT. *in laudata Disput. thes. 23.* In eo tamen, vt & caeteris fere plerisque ibi hoc casu cum Camera conuenit, quod non minus ab implorante Commissionem Commissarii denominari soleant, & quod si is eorum (quos habere cupit) nomina edere cessauerit, id iniungitur: Ita ante aliquot annos, in c. Seelbach genannt Reussen, contra Seelbach genandt Quadvasall, cum pendente lite Actor possessionem bono-

bonorum vi occuparet, adeoque Reus opponeret exceptionem ſpolii, cum petitione Mandati pro reſtitutione, & Commiſſionis ad ocularem inſpectionem, *b*) deinde ſupplicationibus pluribus reſolutionem vrgeret, decretum: Communicentur exhibita des Leutners (als Seelbach-Ovadvaſalliſchen Anwalds & Argentis tum in Aula Nominatiſſimi,) parti aduerſae, & fiat Mandatum inhibitorium & reſtitutorium, cum Cl. ſub poena quatuor Marcarum auri, & termini duorum menſium: Und ſoll in puncto petitae Commiſſionis, wann der Leutner die Commiſſarien ernennen wird, ergehen was recht iſt. Equidem in hac ipſa cauſa praeſentatis & nominatis a Leutnero, Zufolg des nechſten concluſi, Commisſariis, Principe de Naſſau Dillenburg, & Salentino Erneſte Comite de Manderſcheid, nihilominus Commiſſio, ob exceptionem partis aduerſae, ſuſpenſa manſit, ſed cum is inſtando Commiſſionem vrgeret, & ſub

b) His (quae referre lubet) verbis: Als gelanget an Eu. Kayſerl. Majeſt. mein unterthänigſt rechtmäßiges Bitten, den ſpolanten nicht allein die erzehlte ſtraffbare Thätlichkeiten vermittelſt Auslaſſung eines poenal Kayſerl. decreti zu inhibiren, ſondern Jhme auch, eh und bevor ich in der andern oder fideicommiſſ Rechthängigen Sach Jhm auf ſeine ungeheure Schrifft antworte, die Erſetzung des mir gethanen groſſen Schadens, und Reſtituirung der ſpolirten Güter, allergnädigſt anzubefehlen, ſo dann weiter an die Fürſtl. hohe Obrigkeiten, worunter die von dem Kläger veröſſete Waldungen gelegen ſeynd, eine Kayſerl. Commiſſion zu erkennen, damit die Herrſchafft durch geſchworne Bediente die ruinirte Oerter in Augenſchein nehmen, den Schaden beſehen, und über deſſen Werth eydlichen Bericht erſtatten müſſen. Wie ſolches ꝛc.

& sub praesent. 16. Martii 1673. Commissarium alium denominaret Electorem Treuirensem, huic demandata fuit Commissio ad inquirendum in spolium, idque referendum cum voto; (Literas Commissionales exhibemus infra in Adiunct. suh lit. B.) quia tamen Pars aduersa pro adiunctione Electoris Moguntini tanquam Con-Commissarii S. Caesaream Maiestatem implorauit, transscripta est Commissio simul in Electorem modo nominatum, in priori forma, vid. liter. in Adiunct. sub lit C.

§. XVI.

In Camera petuntur Commissarii vel iudicialiter: scripto aut oretenus, & hoc modo frequentius, illo vero, quando alia producta exhibentur, C.G.O. *P.3. Tit.11.* §. *item* so einer. BLVMIVS *Tit.LX. Process. Cam. num.25.* RVLANDVS *P.I. lib.II. cap.VI. n.3. & 4.* Vel extraiudicialiter *i*) in Senatu, vbi non nisi scripto implorantur, quod accidit, quando quis siue Actor siue Reus aduersus immediatum Imperii ante litis contestationem ad perpetuam rei memoriam *k*) Commissarios rogat BLVMIVS *Tit. LXXIII. num.36.* Vtrobique (saltim in schedula vbi oretenus petitur Commissio) nomina *l*) Commissariorum simul sunt exhi-

i) In Camera extraiudicialiter id fieri dicitur, quod non fit in Audientia vel coram Deputatis, quamuis in Senatu, Cancellaria, Deputatorio vel Lectorio peragatur. v. RVLAND. *P.I. lib.II. c.II.n.7.& 8.* Dn. LYNCKER. *de Grau. Extraiud. cap.III. p.II. sect.I. Membr.1. §.10. n.12.*

k) Ob metuendam obliuionem vnquam in Camera Commissionem decretam esse, se non meminisse scribit RVLANDVS *P.II. d. Commiss. lib.I. c.X. n.4.*

l) Item narrari debet, an petenti subiectione, ministerio vel alio

exhibenda, vt & ſi Commiſſarii ad examinandum teſtes conſtituendi, articuli cum denominatione teſtium. (R. A. 1654. §. dahero 47. & §. zu welchem End 49. GYLMANN. *Tom. 1. Dec.* & *Reſol. dub. tit. III. num. XIX.* TEXTOR. *Part. I. prax. iudic. cap. VIII. n. 22.* RODING. *lib. III. Pandect. Camer. tit. XX.* §. *37. & ſeqq.* vbi & quae in ſupplica pro Commiſſione in communi meliori aut optima forma, item extraordinaria impetranda obſeruanda ſint, commemorat.) Quae ſimiliter obtinent, ſiue Actor petat Commisſarios ſiue Reus: Nam Commiſſiones in Camera ad probationes fere tantum *m*) reſpiciunt, aeque non minus

quopiam modo coniuncti ſint, vnde ſuſpicio oriri poſſit, quo caſu contra illos excipitur, SPRENGER. *Iurispr. Publ. lib. I. cap. XIV. pag. m. 71.* Nec vnus tantum nominandus Commiſſarius ſed plures, ne, ſi contra vnum releuanter excipiatur, Iudicium poſtea noua denominatione detineatur. Nominatos tamen, ſi in tempore fiat, reuocare altosque ſubſtituere licet; imo ſufficit ſi quis petat, vt Camera (maxime cum Teſtes in loco Camerae aut non longe ab hac diſſito examinandi ſunt,) ex Proto-Notariis aut Procuratoribus omni exceptione maiorem ordinet. RVLAND. *p. I. lib. II. cap. VI. n. 10.*

m) Quo & referri ſuo modo queunt Commiſſarii ad liquidandum, de quibus v. BLVM. *in Chil. Sentent. Cameral. Num. 6. 339. 481. 832. 848. 938. & in Mantiſſ. Num. 68.* Item Commiſſarii um Rechnung abzunehmen: pro cuiusmodi Commiſſione ad audiendum rationes, & Mandato ſine Cl. aduerſus Principem Imperii Dominum ſuum, ſupplicationem exhibet GYLMANVS *Tom. I. Supplic. p. II. Tit. IX. Supplic. IV.* & pro Commiſſione ad audiendum rationes Tutelae *Supplic. XXXV. d. l.* Add. GASTEL. *in Specul. Iur. Vniu. p. 118. & ſeq.* De Commiſſario qui in Mandato de reddendo rationes ex officio ordinatur BLVM. *in ſent. Cam. Num. 192. 257. 372. 386. 540. & 758.* Sunt tamen in Camera nonnullae aliae Exceptiones: Nam non modo in cauſis extraiudicialibus petuntur quandoque Commiſſarii; (prout ſupplicatio pro Com-

nus Reo *n*) incumbere possunt. Et cum probatio vel artifi-

missario ad emancipandos filios prostat apud GYLMAN. *d. Tom. I. P. II. p. 196.* Et dantur Commissarii ad examen Notariorum immatriculandorum *arg.* C. G. O. *de anno 1500. Tit. XV.* LIER. *in Formul. Cancellar. Camer. pag. 40. & seqq.*) sed & ab hac non minus quam ab Aula saepe deputantur Commissarii ad exequendum. v. SPEIDEL. *in Notab. p. 224. column. 6.* GOCKELIVS *de Conuentu Circuli Sueuici pag. 54. & seqq.* Pfälßischer Druck, *lit. P. P. P.* Nec dubium quin & ad sequestrandum Commissarii constitui queant; quo casu quomodo bona sequestro committantur, specimen exhibet LIER. *in d. Tr. d. Formul. Cancellar. p. 14.* Pariter iuxta dispositionem Recessus nouissimi Camera Imperialis in casu interpositae Reuisionis tum ad inquirendum in facultates Partis Victricis Commissionem decernat, quando illa non obstante reuisione, (quandoquidem huius hodie remedii non amplius suspensiuus sed tantum deuolutiuus effectus est) executionem implorat, & huic ad Cautionem de restituendo in casum succumbentiae post reuisorium se quidem offert, Pars vero aduersa contra illam excipit, nec Iudicii de ea an sufficiens nec ne, satis constat vid. omnino R. A. *de anno 1654.* §. nach Berathschlagung 124.

n) *V.* R. A. *de anno 1654* §. desgleichen 48. Nam & Reus in exceptione se habet Actoris instar, etsi praesumptio contra Actorem sit. *v. l. 1. l. 19. C. de probat. l. 9. l. 18. ff. eod.* CARPZOV. *P. 1. Const. 10. def. 18.* Idem obtinet, si reprobationem den Gegenbeweiß suscipiat. Exceptionem sub & obreptionis (de qua nouissime D. COCH. *in Prax. For. German. P. III. de Exceptionib. pag. 356*) non minus ac alias probare tenetur, RVLANDVS *P. I. de Commiss. lib. II. cap. I. n. 14. seqq.* Quoad negatiuam probandam communiter Doctoribus, nec male, inter puram, simplicem & indeterminatam; atque inter praegnantem, quae habet implicite affirmantem, vel determinata est certo tempore & loco; (*v. l. 8. ff. de probat.* BRVNNEMAN. *ad l. 23. C. d. t.* MEV. *5. Dec. I. 99. n. 6. & Dec. 280.*) nobis vberius distinguere placet: Scilicet negatiua alia iuris, alia facti est. Iuris, vel permissiui, v. c. quem non posse contrahere, & haec negatiua probanda est a negante, vel ab eo

artificialis vel inartificialis ſit, hanc perficiant Teſtes & inſtrumenta, *l. 15. C. de fid. inſtrum.* illa ex ipſis rerum argumentis deſumatur, *l. 19. C. de R. V. l. 2. C. de in lit. iur. l. 21. & vlt. C. probat. l. 2. C. de teſt. l. 34. C. ad L. Iul. de adult.* quo non incommode referri poteſt euidentia rei vel coniectio a peritis deſumpta, hinc in illis ad examinandos Teſtes & tranſumenda inſtrumenta, in his ad ocularem inſpectionem, auf den Augenſchein, v. c. aggerum, aedificiorum; limitum carcerum, item ad alimenta ſufficiant &c. peti ſolent. Supplicas Scriptores Camerales hinc inde exhibent; & in ſpecie ſupplicatio pro inſpectione carceris extat apud GYLMANNVM *Tom. I. part. 2. pag. 178.* vbi impetrandus Commiſſarius ad ocularem inſpectio-

qui ſe in illa fundat: Vel prohibitiui, & ab onere probandi releuat FVLV. PACIAN. *lib. I. de probation. cap. XXXVI. n. 27. ſeq.* Facti vel eſt indefinita, & talis per rerum naturam probari non poteſt; vel definita & determinata, tam quantitatis, vbi ſi pondus & menſura negantur, eam quis probare tenebitur: *l. un. C. de error. calcul.* tum qualitatis vel extrinſecae, quod quis non ſit diues, pauper &c. vel intrinſecus; & quoad hanc diſtinguendum inter naturalem; & ſemper praeſumitur ineſſe, indeque a negante probandum eſt contrarium, vt quem non eſſe ſanae mentis, non habilem ad generandum, non idoneum ad hoc negotium. FVLV. PACIAN. *d. l. cap. LIII. n. 3. & ſeqq. & n. 43.* Et accidentalem, quae ab arte & caſu dependet, vt eſſe doctum, Clericum &c. talis qualitas vt & extrinſeca illa non a negante illam ſed affirmante probanda eſt, *per l. 7. & vlt. C. d. Profeſſ. & Med.* Niſi de ea ſemel conſtiterit, vbi onus probandi in aduerſarium deuoluitur. Non mirum itaque quod Reo ſaepe Iudex ex officio petitionem Commiſſariorum ſub poena praecluſionis viae probandi iniungere ſoleat, prout habet exempla RVLANDVS *P. I. lib. II. d. Commiſ. cap. IV. n. 5. & 15.*

ſpectionem limitum aut terminorum, delineatio eorundem ein Abriß ab vtraque parte pro informatione Iudicis producenda eſt, R. A. *de anno 1654.* wann es um Gräntzen. *51.* Facienda autem Commiſſariorum petitio in termino legitimo lite iamdum pendente prorſusque conteſtata, v. R. A. *de anno 1654.* §. wann nun *45. cum tribus ſeqq.* Dn. TEXTOR. *Diſputat. IV. ad hunc Receſſ. theſ. 44. & P. I. prax. iudic. c. VIII. num. 12. iunct.* R. A. *de anno 1570.* §. *96.* ſaltim generaliter: Nam non modo extraordinarie & iuris ordine non ſeruato Commiſſarii ad perpetuam quos vocant memoriam, *per c. quoniam X. vt lite non conteſt.* ſed & ad ocularem inſpectionem, tam ante quam poſt litem conteſtatam, imo hi omni tempore & publicatis iam atteſtatis, vsque ad concluſionem, vel hac reſciſſa, ſententiam in cauſa peti decernique poſſunt RVLANDVS *P. II. de Commiſſ. lib. III. cap. III. n. 2. ſeqq.* Nec qua Commiſſarios ad aeternam rei memoriam intereſt, ſiue actio iam nata ſit ſiue demum naſcatur, RODING. *libr. III. Pandect. Camer. tit. XIV.* §. *7.* prout & decernuntur quoque lite iam inſtituta & pendente, quandoquidem non minus periculum tum eſſe poteſt, quam nondum coepta. *Dep.* Abſchied *de anno 1600.* es ſollen auch. RODING. *d. l.* §. *8.* SPRENGERVS *lib. I. Inſtit. Iur. Publ. cap. XIV. voc. Commiſſarii pag. 71.* Similiter nonnunquam in iis, in quibus non requiritur litis conteſtatio, veluti ſunt quae ad ordinem Nouarum pertinent, & in ſpecie in omnibus Mandatis ſine Cl. aliisque caſibus Commiſſarii in Camera ſine litis conteſtatione peti decernique ſolent, quod praeiudiciis firmat RVLANDVS *Part. I.*

de Com-

de Commiss. lib. II. cap. IV. num. 8. seqq. o) Num autem etiam post sententiam in puncto executionis tam ad instantiam electionemque partium, quam ex officio interdum, ocularis inspectio committi queat, disquirentem vide eundem *d. Part. II. lib. III. cap. III. num. 8. seqq.*

§. XVII.

Sed cum Commissio ad perpetuam memoriam extraordinarium sit remedium, ad hoc non peruenitur, quando ordinarium auxilium adest, MEV. *P. 6. Dec. 304. not. vlt.* Vnde Commissionem hanc petens Actor causam & necessitatem allegare debet. MEV. *dict. Decis. 304.* Videlicet, ea non nisi praehabita cognitione, Prosper FARINAC. *de Pos. contr. exam. test. quaest. LXXVI. part. 5. num. 129.* saltim summaria H. PISTOR. *test. quaest. XXXVII. n. 6.* decernenda est; Nec aliter Actor Commissarios eiusmodi impetraturus ante litis contestationem voto suo potitur, quam si doceat de senio, valetudine infirma, diuturnaue absentia Testium, & exinde imminente iactura probationis, quia, quando actione iam nata quem conuenire velit, in ipsius potestate est, Reus vero antequam conuenitur sine eiusmodi causis illos impetrat, id quod Camerae Imperialis (quam & Tribunal Wismariense hac in parte, vt aliis fere ple-

 risque

o) Quemadmodum & iuris regula, quod ante litis contestationem non sit ad examen testium procedendum, fallit in Processu inquisitorio, item in Processu matrimoniali contra contumaces, nec minus quoties proceditur de plano ac sine strepitu & figura iudicii, vt in caussis decimarum, electionum, vsurarum. TEXTOR. *ad R. A. de anno 1654. Disp. IV. th. 57.*

risque, sequitur,) Stylus docet, vid. GAILIVS *I. Obseruat. XCII. n. 9.* RODING. *libr. III. Pandect. Camer. Tit. XIV. §. 6.* MEV. *d. P. 6. Dec. 302.* & Ordinat. Trib. Wismar. *P. 2. Tit. XXVII. §. 2.* Vtcunque etiam recipiantur Testes, & Commissiones hac ea propter petantur, ne memoria intercidat, vel ipsi Testes moriantur, pro Commissione tamen eiusmodi ad conficiendum inuentarium & accipiendum iuramentum manifestationis frustra supplicatum fuit apud BLVM. *in Supplic. Cameral. Tit. XIV. N. 12. 13. 14. & 15.* Deinde pro examine ad perpetuam rei memoriam, quod rogat Actor, non debent exhiberi interrogatoria pro exploranda scientia Testium, sed articuli probatoriales ad exquirendam veritatem; nisi quod illa aliquando, praesertim in summarissimo possessorio, praxis admittat, nimirum quando ea Iudex ad veritatem sufficientia & congrua deprehenderit, MEVIVS *6. Dec. CCCIII. num. 3.* Caeterum quibus in causis nec ne? num in criminalibus, an in causa fractae pacis, Terminorum & limitum inspectione, an in causis matrimonialibus, itemque deuolutionis, executionis, num in causis summariis & aliis, in specie vero num in ea, quae ad Austregas pertinet, (id quod affirmandum, MYNS. *I. Obs. XVIII.* GAIL. *I. Obs. XCIII. n. 2.*) & quando ex continentia causae Commissarii ad perpetuam memoriam locum inueniant, item quae inter Actorem & Reum, petitionem Iudicialem & Extraiudicialem sit differentia, praeter superius iam hinc inde tradita, consuli potest RVLANDVS *P. II. de Commiss. lib. I. cap. II. III. IV. & V.* ac *cap. XXII. n. 4. & 5.* RODING. *lib. III.*

Pandect.

Pandect. Tit. XIV. §. 8. & seqq. BLVM. *Tit. LXXIII. n. 35. & 51. seqq.* MEVIVS *4. Dec. CCXXXVIII. & 6. Dec. CCCII.* GAIL. *I. Obs. CXII. n. 13.* Prout insuper modo allegatus RVLANDVS *d. cap. V. n. 5.* & BLVM. *d. Tit. n. 36.* speciatim prae caeteris docent, quae in petitione pro Commissario ad perpetuam memoriam obseruanda sunt. Supplicationum formulas suppeditat idem BLVM. *in Supplicat. Cam. Tit. XIV. Num. 1. 2. 3. p) 4. 5. & 6.* nec non GYLMANNVS *Tom. I. Symphon. Tit. de Supplic. part. II. tit. IX. Supplic. 1. 2. 3. 5. 6. item 12. & 15 q.)* Literas Commissionis ad perpetuam memoriam in celebri quadam causa ratione pertinentium quorundam ad Comitatum Reinsteinensem &c. de quo in Instrumento Pacis *art. 13. vers. Octauo Ducibus:* Et deductiones binas iurium non modo Brandenburgicorum sed & Brunsuicensium videre licet apud Dn. FRITSCH. *in Adnotam ad dict. art. Instrum. Pac. pag. 550. & seqq.*

p) Ad quam in Consilio anno 1661. d. 21. Februarii decretum ibid. legitur: Noch zur Zeit abgeschlagen, sondern wofern supplicant, daß der zum Commissario vorgeschlagene Doctor B. supplicantens Principalen, neque iureiurando, neque subiectionis alioue coniunctionis nexu verbunden sey, anzeigen, förmliche Articul übergeben, auch der Zeugen Alter melden wird, soll ferner darauf ergehen, was Recht ist. Ex quibus potiora supplicationis ad perpetuam memoriam requisita facile obseruari queunt.

q) In hac postrema in c. der Ritterschafft Bergen contra die Ritterschafft und Graffschafft von der Marck Commisio ad perpetuam memoriam meliori & optima forma ad transsumenda instrumenta non modo petita sed & ob bellorum periculum obtenta est, qualis alias regulariter ad futuram memoriam non decernitur, CAIL. *I. Obs. XCIV. n. 1.* RODING. *d. l. §. 16.* RVLAND. *d. cap. IV. n. 11. & seqq.*

& seqq. infra in Adiunctis cum venia Dn. LYNCKERI, qui ipse fuit Commissarius Imperialis, nobisque eas beneuole communicauit, sub lit. D. exhibemus.

§. XVIII.

Quod si Commissariorum in vniuersum Imperialium legitimo tempore & modo imploratio eorundemque nominatio facta fuerit, Pars aduersa exceptiones vt aduersus ipsas Commissiones *r*) ita & personas Commissariorum proferre potest: Hos enim legalibus ex caussis suspectos recusari posse iam in §. 12. tradidimus. Add. RVLAND. *Part. I. lib. II. cap. XV. n. 1. & 9.* Imo & contra Commissarium ex officio datum exceptioni locus est, RVLAND. *d. lib. II. cap. 28. lit. g.* MEV. *3. Decis. CCXLIV. num. 14.* Nec recusatio Commissarii vt suspecti in se sine accessione alterius iniuriae poena digna est, MEV. *I. Decis. LI.* modo causae suspicionis fuerint releuantes, quae non

r) Quae ex stylo Camerali altera parte inaudita, atque ita sine aliquo processu praeuio, decerni non debent. MEV. *p. 8. Dec. CXV. n. 2.* nisi etiam timenda sit eius potentia, contra quem v. c. Testes producuntur. FARINAC. *Tit. VII. qu. 72. c. 1. n. 2. & 36.* aut in mora fuerit periculum, *n. eod.* & GAIL. *I. Obseruat. CII. n. 3. seqq. & Obs. seq.* item AYRER. *P. I. cap. VI. Obs. 7.* Alias enim melius ab initio prouidetur, *p. l. vlt. C. in quibus Caus. in integr. restit.* Dn. LYNCKER. *de Grau. Extrai. cap. III. p. II. sect. I. Memor. I. §. 19. n. 16.* vtcunque in Tribunali Regio Wismariensi, vbi petitur Commissio, non opus sit, vt Pars altera audiatur, teste MEVIO, *Part. 2. Dec. 164. & 3. Dec. 203.* item D. COCHIO, Assessore Tribun. Reg. Wism. *P. IV. Prax. For. German. cap. XIX. §. 1.* Quae porro contra Commissiones ipsas excipi possunt, recenset GYLHAVS. *cap. VI. Art. Iudic. part. II. art. 2. §. 1. n. 26.*

non tantum relegari, sed & probari debent, RVLAND. *Part. I. lib. II. cap. XVII. lit. b.* Temere enim si quis suspicionem mouerit, punitur. Idem *d. l. cap. XV. num. 6.* BLVM. *Chil. Sent. Cam. Num. 933. in fin.* Iung. MEV. *Part. I. Dec. I. num. 11. & 12.* Iuramentum tamen saepe probationis loco admittitur, vid. PACIAN. *lib. II. de Probat. cap. XLV. num. 69.* RVLAND. *d. l.* ZANGER. *de Except. cap. 4. num. 1.* adeoque in vniuersum Commissarium coram committente eierare licet, FELTMAN. *de Iuram. Perhorresc. 6. 211.* Excipiendum autem contra Commissarios in scripto *arg. l. apertissimi C. de Iudic.* & in Camera quidem coram Deputatis, SPRENGERVS *Iurispr. Publ. lib. I. c. XIV. p. m. 71.* intra terminum legitimum per Ordin. Cam. *Part. III. Tit. XVI.* §. und so derhalben *cum* §. *praeced. ibid.* BLVM. *in Processu Camer. Tit. LXXIII. num. 20.* iunct. *Chil. Sent. Num. 283. & 933.* Si contra Commissarios ad perpetuam memoriam aduersarius excipere velit, quatuordecim tantum dies, aut quatuor ad summum septimanae concessae sunt; vt tamen pro ratione circumstantiarum tempus hoc a Iudice ampliari possit. vid. C. G. O. *Part. III. Tit. XXXVIII. & XXXIX.* Elapso termino Pars vlterius non auditur; prout & vltra Replicas non proceditur in puncto exceptionis, C. G. O. *d. Tit. XVI.* §. dagegen der ander Theil. Contumax tam cadit beneficio praesentandi Adiunctum. *s)* RODING. *lib. III. Pand. Camer. Tit. XIV.* §. *23.*

I quam

s) Quem in Commissione Camerae plane necessarium esse videri posset per tradita RVLANDI *P. I. lib. IV. c. 14. n. 4.* sed quod saltim in sensu conditionali hoc verum sit, docet Dn. TEXTOR, *Disput. IV. ad R. A. de anno 1654. th. 64.* Quid vero si idem Pro-

quam excipiendi contra Commissarium, sicque denominatus deputatur ex officio, RVLAND. *Part. I. d. Commiss. lib. II. cap. XIII. n. 8. 10. & seqq.* alias non facile BLVM. *in Proc. Cam. d. l. n. 28.* RVLAND. *d. l. cap. XIX. num. 15.* GAILIVS *I. Obseru. XCVI. num. 1.* quin potius nominati *t*) confirmantur Parte altera non contradicente.

§. XIX.

Ordinantur Commissarii vel plures vel singuli, & illi vel cum Cl, insgesamt, vel cum ea: Samt und sunders. *u*) Omnes in Camera in forma vel communi vel

cessus plures concernat, & vnus tantum inter illos Adiunctum desideret? non ea deneganda est, MEV. *V. Decis. CXXVIII.* modo mature id fiat, i. e. ante actum expediendae Commissionis. MEVIVS *part. 3. Decis. 110.* Imo Adiunctus zu Zeugen-Verhör admittendus est, licet de eo nihil in Commissione, RVLANDVS *part. I. Formul. lib. III. Form. 6. pag. 34.* In Iudicio Rotwilensi quamuis ex Reformatione Maximiliani II. duo debent esse (vt supra diximus) iurati Commissarii regulariter, iis tamen vtraque pars Notarium adiungere non prohibetur. Zimmern, *P. I. Manual. Rotwil. Quodlibet. IX. in princ. pag. 56.*

t) Nisi notorie fuerint inepti: Nam in Commissionibus Iudex qua personas cumprimis sequi debet Partium voluntatem atque petitionem, MEVIVS *3. Decis. 244.* Sunt tamen praeter dictum alii casus, in quibus Iudex ex officio dat Commissarios, de quibus RVLANDVS *part. 1. lib. II. cap. XXVIII. num. 2. & seq.* & tum is merito praefert eos, quos munus publicum in Iudiciis prae caeteris eximios fecit, cum hi fide & peritia praeeminere videantur, MEV. *dict. Decis. 244.*

u) De cuius CL. effectu, aut quid operatur, Notat. apud RODING. *in Pand. Cam. lib. III. Tit. XIV.* RVLANDVS *part. I. lib. III. cap. IV. num. 4. aliique.*

vel pleniori, hacque meliori aut optima. Ad illam Teſtium receptio, examinatio & ocularis inſpectio, *x*) ad hanc tantum tranſumptio inſtrumentorum, *y*) ad vltimam vero ſpeciem & Teſtium receptio, eorundem examinatio & tranſumptio inſtrumentorum cum pleniori quadam poteſtate, eaque in rem praeſentem eundi, refertur. Quanquam ſubdiuiſionem excepto BLVMIO *in Proceſſ. Cam. Tit. LXXIII. n. 44. ſeqq.* plerique alii non magnopere attendant. Interim de differentia communis & melioris aut optimae formae, & an Commiſſio ad documenta aliquando ſit in communi forma? praeter BLVM. *d. l. n. 42. ſeqq.*

 vid.

x) Sic & in Iudicio Caeſareo-Aulico Commisſiones in communi forma decernuntur, quando Teſtium receptio committitur, & inſpectio ocularis. GASTELIVS *in Spec. Iur. pag. 79. num. 4.* Nec non in Camera decretas Commisſiones in communi forma, ſed tamen cum Cl. den Augenſchein einzunehmen, exhibet Formular. RVLANDVS. *part. I. cap. I. Formul. I. & VI.*

y) GYLMAN. *in Praeiud. pag. 82.* Quanquam enim regulariter originalia documentorum in iudicio exhibenda ſint, multis tamen caſibus ius commune & ſtylus Commisſiones in meliori forma admittit, praeprimis ſi edantur libri Cenſuales & Feudales, (Saal- und Lehen-Bücher,) documenta ex Archiuo publico; aut ſi in priuatorum inſtrumentorum transmisſione periculum ſubſit, vid. Dn. TEXTOR *Diſputat. IV. ad R. A. de anno 1654. theſ. 54. & ſeq.* & GILHAVS. *cap. VI. Arbor. Iudic. part. II. art. II. §. 9. per integr.* vbi & poſt exactam diuiſionem documentorum officium tam Iudicis quam Commiſſariorum circa editionem & transſumtionem *num. 112. ſeqq.* exequitur. Commisſio autem ad recognoſcendum inſtrumenta nec decernenda eſt, quando Pars aduerſa fatetur quidem aut concedit illorum contenta, ſed alia exceptione vtitur. MEV. 4. *Deciſ. 64.*

vid. RODING. *lib. III. Pandect. Cam. tit. XIV.* §. *10. seqq.* D. COCH. *lib. III. Prax. Forens. German. tit. XIX.* §. *3.* RVLAND. *part. II. d. Commiss. lib. V. cap. XXIII. per tot.* Formulae Commisſionum in communi & optima forma extant apud LIER. *in Formul. Cancell. Camer. pag. 38. & seqq.*

§. XX.

Illud generaliter verum eſt, quod Commisſio quaſi extraordinarium ſit munus publicum, quod quis inuitus tenetur ſuſcipere ac perficere. MEV. *5. Decis. 399.* Vnde non minus Commiſſarium vi Auſtregarum eximie legalem, ſeu Principem a Partibus Principibus Imperii rogatum iuxta der C. G. O. *P. II. tit. 2.* §. *2.* verba: auch derſelbe anzunehmen und zu vollführen ſchuldig ſeyn ſolle als Keyſerlicher Commiſſarius &c. quam omnes caeteros ſiue in Aula ſiue in Camera impetratos & conſtitutos Commisſionem oblatam acceptare fas eſt, id quod de his argumentis confirmat RVLANDVS *part. I. libr. II. cap. XXV. num. 6. & seqq.* adeo, vt renuentes compelli poſſint: niſi iuſtae excuſationis z) cauſas in Camera Imperiali proponant: Vbi ſi exceptiones ſufficientes aut

z) De excuſationibus Commiſſariorum, (quae vel vrbanitatis vel necesſitatis, aut etiam cumprimis in Commisſionibus ad exequendum, odii ſaepe auertendi cauſa fiunt,) vt & quomodo iidem nullis propoſitis exceptionibus Mandatis poenalibus, vel illis inſufficientibus repertis, per Decreta, quibus poena inſerta eſt, vrgeantur, nec non de acceptatione Commiſſionum, prae caeteris agit RVLANDVS, *p. 1. d. Commiss. lib. II. cap. XXVI. XXVII. & P. I. lib. III. cap. 1. item* GYLHAVSEN. *cap. VI. Arb. Iud. Ciu. p. II. art. II.* §. *1. n. 29. cum seq. &* §. *2. n. 1.*

aut minus fuerint, quomodo interlocutio *a*) fieri ſoleat, tradit GYLHAVSEN *cap. VI. Arbitr. Iudic. Ciu. part. II. art. II.* §. *1. n. 29.* Quod ſi vero Commiſſarius vi Auſtregarum Commisſionem ſuſcipere detrectet, quid tunc obtineat? quid TEXTOR. *Diſp. III. ad* R. A. *de anno 1654. th. 40.* item ZIEGLER. *in Concluſ. ad Prax. Caluol.* §. *Auſtregae. Concluſ. I. num. 27.*

§. XXI.

Hactenus de Commiſſariis Imperialibus conſtituendis; Nunc de conſtitutis eorumque officio & poteſtate paucis agamus; rationem aut modum procedendi (quandoquidem non de Commisſionibus ſed Commiſſariis ſcribimus,) non niſi leuiter attingentes. Et quidem circa Camerales tanto breuioribus nobis eſſe licebit, quo operoſior eſt in illis Rulandus, in nunquam ſatis laudato Tractatu de Commiſſariis & Commiſſionibus Camerae Imperialis. De ſubdelegandi poteſtate (quam non ſine manifeſta cauſa primo expendere loco placet,) multis non conſtat, dum quando: Num Commisſarii Imperiales ſubdelegare poſſint? quaeſitum eſt, mandata Iurisdictio Dd. tot fluctibus implicuit:

a) In Sachen N. contra N. iſt der verordnete Commiſſarius aus fürbrachten Urſachen der Commisſion erlaſſen, und erkannt, daß Doctor N. andere zu Commiſſarien ernennen ſoll. Vel: Iſt erkennet, daß die deputirte Commiſſarien, unverhindert ihrer vorbrachten Entſchuldigung, dem Kayſerl. Befehl ihnen gethan nachzukommen ſchuldig ſeyen; darauf Doct. N. auf dieſelbe Commiſſarien, darinnen ihnen bey einer Geld-Pön geboten und ferner befohlen wird, inhalt der petition, auch zu ſolchen die gebetene Zeit N. Monat zugelaſſen.

quosquidem ſi ad vetera iura quaeſtionem expenderimus, euitare licebit. Aut enim delegata Commiſſariorum eadem iis erit ac mandata Iurisdictio, & tum in genere nullus, adeoque ne Imperatoris quidem Commiſſarius aut delegatus ſubdelegare poteſt, per *l. 5. ff. de Iurisd.* FRANTZKIVS *in Commentar. ad h. t. num. 38. ſeq.* Aut vero per ſubdelegationem intelligunt Commisſionem ſolius cauſae ſeu litis, quod cum nihil aliud ſit quam Iudicem dare, illudque omnis, etiam vicariae, quam exercet Mandatarius, poteſtatis ſit, *l. 12. ff. de Iudic.* omnino Commiſſarius Imperatoris ſubdelegabit. FRANZKIVS *d. l.* Idemque in Delegato a Statibus Imperii cum SCHRADERO *part. X. de Feud. Sect. 4. num. 43.* efferas oportet. Hos enim cum ad Magiſtratus veteres referrent plerique, Delegatum a ſummo tantum Principe ſubdelegare poſſe aſſertum eſt, quo quidem nihil magis eſt falſum. *b)* Enimuero res omnis ex vſu magis & obſeruan-

b) Videmus enim Principes Imperii quoque (idem obtinet in Regimine Principis aut Comitis nomine Eorundem), vi Superioritatis territorialis Commiſſarios conſtituere tam Temporales, (vt negotium committatur aut Corpori cuidam, puta Ciuitati, item Collegio, & tunc ob rationem *l. 1. §. 1. ff. quod Vniu. nom.* delegantes id agere videntur, vt collegium ſeu corpus commiſſum ſubdelegare posſit; illudque nonnunquam in literis Commisſionalibus exprimitur verbis: durch etliche eures Mittels. Aut ſingulis: qua ratione ſi delegatus Commiſſarius Magiſtratibus aut Miniſtris idoneis inſtructus ſit, v. c. Nobilis aut Comes Landſasſius, tunc quidem regulariter ſubdelegare poterit; aliquando vero non item, veluti ſi induſtriam illius Delegans ſpecialiter reſpexerit:) quam perpetuos ſeu ordinarios; qui tamen hoc ipſo, quod tales ſunt, (vt ſupra §. 1. diximus,) delegatam Iurisdictio-

seruantia Imperii quam ex legibus Iustinianeis, diiudicanda venit. Videlicet, quando ab Imperatore (qui etiam in Camera delegat; nisi quod haec non ad totam causam delegatos Iudices, HERMAN. VULTEIVS *de Iudic. l. I. cap. IV. num. 58.* sed ad vnum alterumue actum Commissarios constituere possit,) Commissarii Imperiales decernuntur singulae personae quae sunt instructae Magistratibus, Consiliariis & Ministris, per quos Commissio peragi queat, vt sunt Electores, Principes & Comites Imperii &c. tunc in his ob dignitatem eorum id actum videtur, vt illud quod ipsis delegatum est, subdelegare possint,

nem non habent. Interim autem siue deputati sint ad vnam speciem; siue ad vniuersitatem causarum, sane hi ordinarii (quanquam etiam temporales seu extraordinarii ad vniuersitatem causarum deputari quandoque soleant: quale quid in pedaneum Iudicem cadere non poterat) vtut non ad vniuersitatem causarum, ad vnum saltim earum articulum interdum subdelegant: quales tamen subdelegatos rectius delegatos dixeris, cum ipsi delegantes potius pro Magistratibus ordinariis, saltim quoad effectum impertiendae iurisdictionis, habendi sint. De subdelegatione Commissarii a Magistratu proprie & formaliter dicto constituti frustra quaeritur: Nam Magistratus, qui in persona singulari consistit, totam causam litemue expediendam ne quidem delegare potest, quia industria personae & indiuidui electa est. *v. l. 12. §. 1. l. 14. ff. d. precar.* nisi in casu summae necessitatis, conf. LAVTERB. *p. 1. diff. I. C. & Würtenb. 7.* Et quamuis actus & articulos certos processus, vt testium examen, calculum rationum, aliis maxime personis & Officialibus, qui fide publica nituntur, delegare possit, hos tamen subdelegare non posse indubium est. Prout nec subdelegare potest Commissarius eius Magistratus, qui in corpore vel collegio consistit, & ne quidem notionem alii committere, ROSBACH. *Tit. V. Process. n. 3. seqq. n. 23. seqq.*

ſint, c) ſiue ſint Commiſſarii von Hoff aus; (& ſiue cum voto, ſiue ſine voto,) ſiue ſint Commiſſarii Auſtregarum. d) Vnde & plerumque in horum inſtrumentis Commisſionum vel haec Cl. continetur: vor dir und deiner Liebd. Räthe, vt factum in Comisſione Treuirenſi mandata, in cauſa Haller contra Leipzig, referente RVTG. RVLANDO *Part. I. libr. III. cap. V. num. 21.* vel haec: Selbſten oder durch Subdelegirte, imo additur aliquando vnice, vermittelſt Subdele-

c) Facit huc *lex 5. C. d. Iudic. c. 11. c. 27. §. ſi vero c. vlt. X. de offic. & pot. Iud. deleg.* add. GAILIVS *1. Obſ. XCVII. n. 8. ſeqq.* HILLIGER. *in Donell. lib. XVII. cap. 8. lit.* M. VVLTEIVS *lib. I. de Iudic. cap. IV. n. 63.* NICOL. CALVOL. *in Concluſ. Pract. §. Iudex delegatur. II. Concl. 1. n. 11. 14. & Concl. 2. n. 1. ſeqq.* Exempla ſubdelegationis vt pasſim ſunt obuia, ita documentum eius hunc fere in modum concipi ſolet: Wir N. N. entbieten denen Hochgelehrten Unſren lieben Getreuen Unſere Gnad, und fügen Euch darneben zu wiſſen, was maſſen die Röm. Kayſ. Majeſtät (repetitur Commisſio,) Wann Wir dann uns ſchuldig erkennen, ſolche Commisſion gehorſamſt zu übernehmen, aber deren in Perſon abzuwarten (ob cauſam) nicht vermögen: Als haben Wir Euch zu unſren ſubdelegirten Commiſſarien gnädigſt beſtimmet und verordnet, thun auch ſolches hiemit alſo und dergeſtalt, daß Ihr ꝛc. (iuxta tenorem Commisſionis;) auch Uns davon umſtändliche Relation gehorſamſt zufertiget, und höchſtgedacht Ihrer Kayſerlicher Majeſtät Commisſion gemäß iſt.

d) Prout & in cauſa ſupra §. XIII. Diſſert: allegata inter Electores Moguntinum atque Palatinum, ab hoc non tam ſubdelegatio Commisſarii vi Ordinationis electi impugnata, quam in Magiſtri Ordinis Teutonici ſubdelegatis paritas religionis obſeruanda deſiderata fuit. vid. gründliche Ableinung ꝛc. apud Dn. FRITSCH. *Tom. III. Add. ad* LIMN. *Lib. IX. Iur. Publ. cap. V. n. 76. pag. 406. ſeq.*

delegirten. vid. Commisſionis liter. infra in Adiunctis ſub lit. A & B. circa fin. Et hinc Commiſſarii hi luculenter a Mandatariis differunt, quippe qui, (vt iam in hac ipſa theſi diximus) Iudicem quidem dare, ſed iurisdictionem mandare non poſſunt. Quod ſi vero illae perſonae non ſint inſtructae a Magiſtratibus, ſubdelegare non poſſunt vt priuati. Nec enim, cum fides & peritia illorum ac ſingularis induſtria electa ſit, vt aliena agant, intentioni committentis congruit. vid. GAIL. *d. Obſeru. XCVII. n. 2. ſeqq.* VMMIVS *Diſput. I. Proceſſ. num. 43.* Add. MENOCH. *lib. III. Praeſumpt. XXI.* vbi quando Delegati induſtria electa cenſeri debeat, exponit. Si Commisſio tradatur Vniuerſitati, ob naturam huius intendi cenſetur, vt, ſiue Ciuitas Imperialis, ſiue corpus Nobilium, Ganerbii aut alia quaedam inferior ea fuerit, ſubdelegare liceat ideo, quo negotium expediri poſſit. *arg. t. t. quod cui. Vniu. nomine.* Quare Commisſio ita decerni in Camera ſolet: Seind Bürgermeiſter und Rath der Stadt N. ſambt und ſonderlich zu Commiſſarien hiemit verordnet, dergeſtalt, daß ſie ſelbſt, oder durch etliche aus ihrem Mittel geſchickte, dazu Verordnete, fleißig und getreulich Beweiſung von beyden Partheyen einnehmen. RVLAND. *d. l. num. 25.* Imo Senatus cui Commiſſio delegatur ſamt und ſonders, ſolet delegare Syndico & aliquibus ihres Mittels: qui vbi Teſtes plurimi examinandi ſunt, aut peſtis ingruit, aliquot Notarios iuratos iterum ſubdelegare poſſunt. Exemplum apud RVLANDVM *part. I. Formular. lib. II. Formul. VI.* Et licet contra ſubdelegationem ſubdelegationis dubia moueantur, ad obſeruantiam tamen

 ſeu

ſeu praxin in Camera approbatam prouocatur. Idem *d. l. Form. XII. & XIII.*

§. XXII.

Commisſionem Imperialem ſiue delegatam, ſiue ſubdelegatam, ſuſcipienti quid incumbat ac liceat, ex Commiſſionis norma petendum eſt. Eſt enim Commiſſio regula poteſtatis qua Commiſſarium, MEV. *part. I. Deciſ. 251. num. 2.* Et ſtrictisſimi iuris eſt. Idem I. *58. n. 5. p. 5. Deciſ. 310. n. 2.* Ante omnia vero Commiſſarius vi Ordinationis Partes litigantes in quampiam ſuarum Ciuitatum, vbi adhibitis ſuis Conſiliariis cauſa ſecundum iura diſceptanda eſt, ad certum diem comparitioni congruum (vid. BLVM. *Tit. XXVII. Proceſſ. Camer. num. 108.*) & quidem intra menſem a die implorationis, aut pro diuerſitate caſus delatae Commiſſionis ab Aula (vid. BLVM. *d. l. num. 71. & 119.*) citare debet. vid. Conc. der C. G. O. *part. 2. Tit. 2. §. in fin. 2.* quorſum ſe refert P. 2. Tit. 4. §. 7. vti ad hunc ipſum §. 7. tam §. 9. eiusdem Tituli in verb. laut obgemeldter Ordnung, quam eiusdem *Part. II. Tit. III.* remittit. Vt adeo ab omnibus Commiſſariis Ordinationis vnus idemque modus procedendi obſeruandus ſit, vid. BLVM. *d. Tit. n. 73. 118. 121. 128.* Et explicationem vberiorem apud Dn. TEXTOR. *Diſp. III. ad R. A. de anno 1654. th. 63. vsque 68.* Pariter Commiſſarius von Hoff aus proprie talis, vt & Cameralis, horumque ſubdelegati, Partes, vt & Teſtes, qui examinandi ſunt, nec non artifices, ſi his opus ſit, praeuia Commiſſionis notificatione *e)* citare

e) Vt citatus intelligere posſit, citantem Commiſſarium eſſe,

tare debet, idque in eum locum aut ciuitatem, vbi peragenda est Commissio. *f*) vid. RVTG. RVLAND.

arg. c. 31. X. d. offic. deleg. c. 2. d. dilat. Neque enim Commissio, cum facti sit, praesumitur, MENOCH. 2. *Praesumpt. XV.* iunct. Merckelbachio inter Consil. KLOCKII *vol. 1. Cons. XXXVII. n. 37. seq.* sed de ea Commissarius docere debet. FABRITIVS ad MYNSING. *3. Obs. 1.* Vnde quaesitum, vtrum ipsa Commissio vna cum citatione transmittenda sit, an vero sufficiat eius Copiam citationi inserere? Sunt qui existimant sufficere, si citans asserat se Commissarium esse, praeprimis si is in magna dignitate sit constitutus; Verior tamen ea Dd. est sententia, qua non quidem Commissionem ipsam transmittendam, sed totum tamen illius tenorem citationi inserendum esse asseritur, cum citatus comparere non teneatur, quoties de Commissione edoctus non est; nisi quod Copiam Commissionis Testibus transmittere necesse non sit. vid. GAIL. 1. *Obs. XLVIII. n. 17. & 19.* RVLAND. *P. 1. de Commiss. lib. V. cap. III. n. 7. & 8. & P. I. lib. IV. cap. VII. n. 10.* MYNS. *3. Obs. 1. ibique Fabrit.* Subdelegationis quoque notificatio vna cum delegatione a Subdelegatis in sua citatione hunc fere in modum fieri solet; Des Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn Tot. Tit. als von der Röm. Kayserl. Majestät zu dieser Sach insonderheit deputati Commissarii, Unsers gnädigsten Fürsten und Herrn, subdelegirte Commissarii entbieten Euch rc. (repetitur Commissio summarie) inmassen Euch selbe una cum subdelegatione in Termino der Gebühr edirt, und originaliter vorgebracht werden soll, zuförderst aber hiemit in Beischluß abschrifftlich zugesandt wird.

f) Quae tamen Ciuitas tuta nec suspecta esse debet, alias aduersus eam excipitur. Interim vt illa Commissionem permittat, cogi potest. RVLANDVS *P. 1. lib. II. c. XXVII. lit. B.* Caeterum de saluo conductu atque securitate Commissariis Caesareis ad locum & in loco Commissionis debita, optime agit BECHTIVS *de securitate & saluo Conductu, Cap. V. Class. II. n. 193. & seq.* vbi & *n. 195.* quibus poenis Commissarios violantes se obnoxios faciant, deducit.

part. I. de Commiss. lib. V. cap. III. lib. IV. cap. VIII. n. 18. & cap. VII. n. 10. Literis mutui compassus Commissarius Imperialis non indiget, modo citandus S. R. Imperii Iurisdictioni fuerit subiectus, Idem *libr. I. cap. IV. num. 6. & lib. V. cap. III. num. 25. & seq.* veluti non modo immediate sed & mediate Imperio subiectos examinare potest. REINKING *lib. I. de R. S. & Ecclef. Class. V. cap. VII. n. 51.* Clericus tamen per indultum citandus est, RVLAND. *d. lib. V. cap. IV. n. 2.* Iung. GYLMAN. *in praeiud. pag. 82.* Imo de mediate Imperio subiectis a Commissario citandis, confer BLVM. *Tit. LXXIII. num. 20.* GAIL. I. *Obseru. LVI. & I. Obseru. 98. n. 2.* Quid si Testes examinandi habeant priuilegium de non euocando? vid. MEV. *3. Dec. 151.* Et num Senatus Wormatiensis potuerit impedire citationem Commissarii Caesarii qua Iudaeos, quasi contra priuilegium suum? KLOCKIVS I. *Consil. 25.* De Subditis vero Regis Bohemiae, an absque subsidialibus literis euocari queant? GOLDASTVS *in Comment. de Bohemia lib. IV. cap. 13. n. 29. fol. 536.* An & quando Commissarius per Edictum quem citare possit? de eo RVLANDVS *lib. V. cap. III. lit. G.* Et VMMIVS *Disp. V. ad Processf. num. 22.* Quod si quis ad eundem diem a Commissario Imperiali & ab alio Iudice citatus fuerit? coram illo vt compareat fortior militat ratio. A Commissario ad examinandum Testes dato Pars tam producens quam aduersa citatur, ad videndum recipi, & iurare Testes; & quemadmodum ille cum articulis designationem Testium atque directorium iam exhibuerit necesse est, ita parti productae articuli cum citatione transmittendi sunt,

quo

quo interrogatoria, si velit, exhiberi queat. KLOCK. *Relat. CLXVII. n. 24.* Praesentes aliquando non citantur. vid. RVLANDVS *part. I. libr. II. de Commissar. cap. V.* Partes tamen praesentes quamuis non ad effectum comparitionis, ad effectum tamen deliberationis citari debent, vid. Dn. STRUV. *Exercit. V. Synt. Iur. Ciu. thes. X.* Confer tamen KLOCK. *Relat. Cameral. CXXI. n. 14.* MEV. *P. V. Decis. 140.* Vni consortium facta citatio alios non obligat, ANT. FABER *lib. II. Cod. Sabaud. Tit. 2. def. 8.* Quod si ad ocularem inspectionem quid decretum sit, v. c. auff den Augenschein aggerum, aedificiorum, limitum &c. nullum esse censetur, nisi ad eam a Commissario Partes citatae fuissent. TVSCH. *voc Visitatio, Conclus. 217.* & COVARRVVIAS *II. Resol. c. XIII. n. 5.* sed & in limitibus & lapidibus inspiciendis, in Besichtigung und Erhebung der Marckstein, non modo Partes, sed & agrimensores, qui vulgo Landscheider vel Umgånger aut Untergånger dicuntur, citari debent, dum sententia quae agrimensuram per Commissarios non citata aut vltro praesente Parte, factam insequitur, nulla est, ex eo, quod nullitas ista merita causae afficiat, iuxta RVLAND. *part. I. lib. IV. c. 20. n. 13.* Nec tamen ad omnem inspectionem Pars requiritur, quid enim si illa tantum ad informandum Iudicem commissa fuisset? vt est inspectio carceris squalidi & atrocis? GAIL. *I. Obseru. XXVI. num. 9. seqq.* In Commissione ad perpetuam memoriam aduersae Partis non minus requiritur citatio ad videndum iurare Testes, &, si velit, exhibendum interrogatoria. MASCARD. *Conclus. 1366. n. 3.* GAIL. *I. Obs. XCIV. n. 4.* MEV. *6. Dec. 303.*

K 3 num.

num. 2. D. COCH. *part. IV. Prax. For. Germ. c. XIX.* §. 2. nisi periculum in mora sit, antequam citatus comparere possit, v. SCHRADERVS *de Feud. part. IX. sect. 13. n. 113.* Haec si facta fuerit, iuxta GAIL. *d. l. n. 3. & 5.* hunc habet effectum, vt etiam post annum examen ab Actore (in Reo temporis annui obseruatio plane cessat,) produci possit, quia tum non adest prohibitionis ratio. Enimuero recedit ab hoc TEXTOR *Disp. IV. ad R. A. de anno 1654. th. LIX.*

§. XXIII.

Plane Commissio Partibus comparentibus aperitur, praemonstrato eiusdem & a Subdelegatis subdelegationis documento in originali, v. RVLANDVS *part. I. lib. V. cap. II. cumprimis n. 16.* Partes vero (sin nihil contra id excipiatur,) gratias agunt, & desideria sua exponunt, non secus, ac coram ordinario Iudice. Quo in Commissione proceditur. Sane si per Procuratorem Pars compareat, ante omnia de legitimatione eius quaeritur, qui exhibet deinde Procuratorium, id quod a Commissario sedente, seu eius Scriba legitur, eoque lecto Parti recognoscendum, & si plenius legere desideret, examinandum traditur, GILHAVSEN *in Arb. Iud. Ciu. cap. VI. part. II. art. II. §. 4. num. 2.* Ne tamen actus Commissionis nouo Mandato conficiendus suspendatur, Commissarii plerumque Procuratorem admittunt sub hac conditione, vt stipulata manu, se adhuc durante actu plenius Mandatum seu Procuratorium producturum esse, promittat. Ita factum in C. Bentheim contra Bolen zu Coblentz. Partibus ipsis praesentibus (cum Mandatum solo consensu constet,) Procuratorio non est opus:

opus: Nec eo adeo indigent personae coniunctae, imprimis Maritus pro vxore *l.35.ff.de Procur. l.12.C.eod.* Adhibe RVLANDVM *part. I. de Commiss. lib. V. cap. VII. n.4. seqq. & dict. lib. cap. VIII.* iunct. Dn. STRUV. *Exercit. VII. Synt. Iur. Ciu. thes. 28.* & BRVNNEM. *ad d. l. 12. & 21. C. de Procurat.* Parte citata non comparente, in arbitrio Commissarii est, an contumacem expectare, an statim procedere in contumaciam velit, RVLANDVS *d. lib.V. cap.VII. n.4. & 5.* Contra Testem contumaciter emanentem quousque procedi possit, RVLAND. *part. I. lib. III. cap. X. n.4. & 5.* & *part. II. lib. II. cap. VII. per tot.* Quoad comparentes etiam si Commissario non pareant, quomodo hic illos in poenam citationis condemnet, & quid Camera vlterius statuat, de eo porro videri potest WVRMSER. *lib. I. Tit. XVIII. Obs. 7.* GAIL. *I, Obs. XCVIII. & I. Obs. C. n.12.* BLVM. *Tit. LXXIII. Process. Cam. n.21. seqq.* Vnde Commissarium Imperialem a Camera, etiam qui Testes examinat, mixtum habere imperium, satis apparet. vid. RVLAND. *lib. III. cap. IX. num.7. & 10.* item *cap. X. num. 3.* nec non *cap. VIII. num. 2.* Nam quoad vim & potestatem ab executore & examinatore differt. Idem *d. cap. VIII. num. 2. & P. I. Lib. I. cap. II. n. 14.* add. R. A. *de anno 1504. §. 3. g)* Tantum si alicui nuda examinatio mandati, seu si quis nudus examinator Testium fuerit, iure dicimus eum nullam Iurisdictionem habere, MEICHSN. *Decis. 39. num. 3. & seq.* GAI-

g) ibi: Amtswegen alle und iede erkundigte Zeugen, wie recht, mit Citirung der Interessenten, da Sie dieselben wüsten, abhören, und, wo nöthig, mit ziemlichen Pönen darzu anhalten, darneben Originals-schrifftliche Urkunden transsumiren, und deswegen gebührliche compulsoriales solche zu ediren gegen andere erkennen.

GAILIUS I. *Obs. XCVII. n. 10.* Insuper Commissarius ille quandam notionem habet, & cognoscit, an interrogatoria *h*) admittenda sint nec ne? an Adiunctus *i*) sit sufficiens? an pictor aut alii periti qui adhibendi *k*) partialis! an Testis excusatio valeat? & similia. De exceptione tamen Testis suspecti non cognoscit, sed hunc in modum interloqui solet: In Sachen Commissionis laß ich als geordneter Commissarius die gethane protestationes und exceptiones auff ihrem Werth beruhen, iedoch dem Herrn Gegen-Anwald wider die Zeugen und deren Aussag an gebührendem Ort und End dieselbe vorzubringen hiemit im geringsten nichts benommen, sondern vorbehalten. vid. RULAND. *lib. V. cap. XI. lit. a.*

§. XXIV.

h) Quae ne criminosa sint, decernit R. A. *de anno 1654.* §. es sollen aber 54. Nouos articulos additionales Commissarius ad examinandum datus admittere non debet. MEV. *3. Dec. 349.* An interrogatoria possit resecare? add. MARTA *in Digest. Tit. de Commissar. cap. VII.*

i) Qui iurare debet, quamuis sit iuratus Notarius, RULANDUS *in Formul. pag. 42. 43. & seqq.* vbi etiam agit de relaxatione eius von seiner Pflicht, qua tenetur producenti.

k) Saepe enim opus est. v. RULAND. *P. 1. lib. IV. cap. 1.* iisque variis *cap. II.* Quomodo autem decernatur peritorum admissio, Idem *cap. III.* & an Commissarius eligat? *cap. IV.* quo numero? *cap. VI.* & quomodo Partes ad id citentur? *c. VII.* tradit. In specie contra agrimensores (qui & iuramento adstringendi sunt,) a Parte aduersa saepe excipitur, quo casu quid agendum Commissario, & quod huius in lapidum inspectione, eleuatione & repositione sit officium, videri potest GYLHAUS. *Arb. Iudic. Ciu. cap. VI. P. II. art. II. §. 10. n. 17. usque ad fin.* Interdum etiam Commissarius interpretem adhibet linguam ignorans, MARTA *in Digest. Tit. de Commissar. cap. VI.* MYNS. *Dec. 9. Resp. 88. & 5. Obs. 45.*

§. XXIV.

Scilicet in vniuersum Commissarius Imperialis tantam potestatem habet, quanta illi vel lege vel Commissione concessa est, & quousque expediendam Commissionem sufficit, *argum. l. 2. ff. de Iurisdict.* Quare Commissarius, qui ab Aula deputatur, ad totius causae cognitionem, (de Commissariorum vi Austregarum *l*) Iurisdictione anomala supra in ἐκθέσει §. I. iam diximus atque praeoccupauimus,) habet omnia ad delegatam Iurisdictionem pertinentia, praeter ea, quae ad executionem spectant. Hinc quidem similis est Iudici pedaneo, nam & hic iubere & praecipere poterat, quantum ad expediendam notionem requirebatur; dissimilis autem est eidem in eo, quod coercitio, quam delegatus habet, vt & aliquando facultas (quae tamen per raro conceditur,) sententiam ferendi vi Imperii (eo ipso quod non tantum iudicet, sed & ius dicat, & Iurisdictione adeo instructus sit;) ei competat; Iudici pedaneo autem modo & ratione longe inferiori, & citra authoritatem Magistratus vel Iurisdictionis. HERM. VULTEIVS *lib. III. de Iudic. cap. XIII. p. 602.* cuius traditio, quod nimirum Iurisdictio non ita vim exequendi vt coercitionem arguat, vid. EVND. *d. l. n. 17. & seqq.* iuri quidem ciuili Romano non congruit, interim tamen delegatae Iurisdictionis naturae deseruire potest. Caeterum

L Com-

l) Quos quidem Commissarios esse; sed tamen Iudices Ordinarios BLVM. *Tit. XXVII. Processus n. 16.* e contra vero Iudices delegatos esse GYLHAVS. *Arb. Iud. Ciu. cap. 1. p. 1. §. 6. n. 5. Vulteius lib. 1. d. Iudic. c. IV. n. 60.* aliique opinantur. Add. RVMELIN. *ad Aur. Bull. P. II. Dissert. I. Coroll. 6. ibique Myler. in Addit.*

Commiſſarius ad vnum alterumue actum deputatus non tantum poteſt citare Partes, contumaces eas, nec non Teſtes aut quoslibet, ſe in Commiſſione impedientes, quodammodo coërcere, conſtituere Officiales &c. ſed & reliqua facere, ſine quibus expediri Commiſſio non poteſt, vtcunque haec contineantur in literis delegatoriis aut Commiſſionis *v. c. paſtoralis. 28. c. ex literis. 29. c. praeterea. 5. c. prudentiam. 21. §. ſextam. X. de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* GAIL. *I. Obſeruat. XXXV. n. 4.* GYLHAVS. *Arb. Iudic. Ciu. cap. I. p. I. §. 7. n. 63.* Modo haec ipſa ſpeciale Mandatum non requirant aut maiora ſint expreſſis. *cap. I. de praebend. in 6.* ALCIAT. *Conſil. 67. num. 7.* CRAVETTA *Conſ. 842. num. 5.* Sicut enim Mandatarii poteſtas ex literis Mandati dependet, *l. diligenter. 5. ff. mandat.* SVRD. *Dec. 206. n. 6.* ita Commiſſio regula poteſtatis eſt qua Commiſſarium & ſtrictiſſimi iuris, vt ſupra §. 22 I diximus; nec eam ad alia diuerſa extendere licet, Reincking, *de R. S. & E. lib. I. Cl. 2. cap. 4. num. 22.* add. de ſtricta interpretatione Commiſſionum *cap. 15. de Reſcript.* RVLAND. *part. I. lib. III. cap. II. per tot.* Qua ratione non debet Commiſſarius ſua ſponte ſuſcipere ocularem inſpectionem, licet neceſſaria iuxta cenſeatur. RVLAND. *part. II. lib. III. cap. II. n. 8. ſeqq.* Nec ſane Commiſſarius ad examinandum Teſtes datus absque poteſtate aut expreſſa Cl. relaxandi a iuramento ſubiectionis poterit alterius ſubditos relaxare, ſed ſin hoc opus fuerit, extenſio Commiſſionis Caeſareae ad ſpecialem poteſtatem relaxandi petenda & impetranda *m)* eſt, quicquid etiam aſſerat RVLANDVS

m) Ita Extenſio Commiſſionis Caeſareae ad poteſtatem re-

DVS *part. II. lib. II. cap. IX. n. 4.* Quod si relaxandi suis Dominis pluribus sint astricti iuramentis, absolutiones tot faciendae quot iuramenta, MENOCH.

